Qui portant cophinos maiores vel corbes ⁊ quas in cistis colligunt eligāt folia. ⁊ si quis acerbus vel putridus aut siccus inueniatur botrus auferat. Oportet autē ⁊ calcantes suā si quid oblii sunt qui presunt cophinis aut corbibus ipsa eligere folia. ipsa enī contrita cū vuis austerū magis operāt vinū ⁊ facile corruptibile. De acerbis autē putridis ⁊ siccis vuis maximū fit nocumentū vino

¶ Qualiter debent vue calcari et ex eis vinū fieri

Emissas torcularī vuas statim pedibus expremi oportet ab his q̄ ad hoc sūt ordinati ⁊ cū omnē acinū equaliter calcauerint sursum racemos ⁊ grana eleuent ⁊ attrahant vt multus humor sub torculari defluat ⁊ cū secūdo calcauerint ⁊ in alium racemos ereterint ⁊ molles ⁊ calidos ⁊ nō valde humidos eos fecerint sic sub ligno ⁊ palo eos ponāt. Calidi enī ⁊ molles existentes facile fluxibiles fiunt. Si vō humidi valde disponant necesse est granū suppositum scindi eorū compositionē. Intrātes autem in torcularī oportet valde pedibus esse mundos ⁊ non sepe exire ⁊ intrare nudis pedibus. et est bonum q̄n eo non comedant nec bibant ⁊ q̄ sint vestiti et cincti propter sudores superuenientes. In quibusdam tamen partibus vt bononie calcantur ad vineam in corbibus sicut mediocriter possunt ⁊ calcate posite super curribus in vasis portant ad tinas in quibus eas stare ad feruendū permittūt per octo dies ⁊ vltra vsq̄z ad quindecim vel viginti ex quo multū purificatur vinum. sed sapore racemorū inficitur. Ideoq̄z melius est q̄ supra tinam ponatur cratis vel instrumentum ex assibus perforatum ad hoc dispositum supra quod stet vnus calcator qui calcando pficiat quod in corbe cōpleri non potuit ⁊ cum omnes bene calcauerit racemos cū pedibus per vnā partem in tinam emittat in qua tantū buliat solummodo q̄ purificatū sit ⁊ racemi supra li q̄ eleuati ab eoq̄z diuisi qō in paucis euenit diebus quo facto reponatur in vasis et in tinis. et aque ponatur parum vel multum sm q̄ nobiliores ⁊ potentiores aut viliores vue fuerint. ⁊ sm q̄ hoc vinum qō mixtuz dicitur melius vel peius optatur. Sciendum est tamen q̄ quanto melius vue calcantur tanto minus ⁊ deterius fiet mustū sed de puro plus habebitur. Si vero male calcate fuerint econtra erit. ⁊ sm illum modum vinum purificabitur et durabile fiet nec viciabitur racemorum sapore. scias tamen q̄ vuas debiles aqueas magis. nobiles vero minus bulire oportet. Est autez sciendum quasdā esse species vuarū adeo austeros racemos suos habentes q̄ cum eis vinum sine sui detrimento bulire non audet. quasdam vero adeo modicū austeros habentes q̄ cum eis bulire plurimuz possit. Notandum est etiam q̄ quanto vue pinguiores ⁊ aquosiores sunt. tanto magis cum racemis bulire debent in tinis Et quanto nobiliores et siccziores fuerint. tanto minus in eis stare oportet. Itē sciendum est q̄ postq̄z vue collecte sunt et in aceruū

posite si duob⁹ vel tribus dieb⁹ sic steterit valde ipsaz ⁊ vini augef maturitas et dulcedo. Ideoqz vtile est in vineis habere bitumen in quo vue ponãtur vbi diu stare poterũt.et extra in tina pua ex bitumine facta colligi maturꝝ vinũ qõ indeliquebit qõ valde suaue ac delectabile erit. nõ tamẽ in estate de facili poterit ꝓseruari. Sciendũ ẽ etiã q omne vinũ qõ cũ racemis ⁊ pellibus seu corticib⁹ acinoꝝ nõ feruet est albuz qõ vo cũ eis feruet tinget ab eisdẽ ⁊ corticis colorem nigꝝ aut album vel rubeum acq̃rit vel aureum

De his que ex vuis fieri possũt

Ex uuis fieri possũt e agrestũ passum defrictũ caroenũ sappa vinũ acacetũ. De quib⁹ omnibus dicendũ est q̃liter fiant ⁊ ꝓseruẽtur ⁊ de natura ⁊ vtilitate quã habent in corpibus humanis

De agresto passo defricto caroeno et sappa

Agrestũ sit duplex a liquidũ ⁊ siccũ. Agrestũ quidem liquidũ fit hoc modo. Cũ vue sũt adhuc acerbe sed ad debitũ vel quasi pueruerunt augmentũ colliguntꝰ et pistantur ⁊ in mastellũ vel tinam vel aliud vas ponũtur ad solem ⁊ in eis aliquid de sale ponet ⁊ postꝝ duob⁹ vel trib⁹ diebus ad solem steterint accipit fluccus ⁊ reposit⁹ pluribꝰ et quidã de sale non ponũt sed cũ eo melius conseruat ⁊ maxime si ex talib⁹ vuis factuz fuerit quaꝝ vinũ in estate sanũ seruari nõ potest. Agrestũ vo siccũ sic faciendum est Accipe vuas acerbissimas ⁊ pista et exprime ⁊ pone in vase ereo rubeo supignez et coque donec coagulationi appropinquat Deinde pone in vase extẽso et soli expone donec siccet ⁊ serua. Et quidã ponũt ad siccandũ in sole absqz decoctiõe aliq̃ si sol calidus adest. Quidã etiã agrestũ faciunt ex vuis aliqd dulcoris ꝓcipãtib⁹. Sꝫ prior sit ꝓcior ⁊ frigidior est. Potes ⁊ tertio modo facere agrestũ spissum vt mel qõ ẽ plurimũ vinosum vt supra dictuz est de vtrunbus vuaꝝ. Passũ vniuersa africa pene gaudiocundũ sic cõficere solita est ⁊ cõsueuit legunt vue passe q̃ꝑplurime ⁊ ifiscellis iuncofactis aliquatenus raro contextu posite. virgis primo fortiter vberantur. Deinde vbi vuarũ corpus vis cõcussionis exoluerit compmit hinc passum est q̃quid effluxerit. ⁊ conditũ vasculo mellis more seruatur. Defrictũ caroenuz ⁊ sappa fiunt ex musto. Nã defrictũ a deferuendo dictum effectũ est vbi ad spissitudinez fortiẽ despumauerit. Caroenũ cũ tertia pte ꝓdita due ptes remanserint. Sappa vbi ad tertias redacta descẽdit quã tamẽ meliorẽ faciũt citonia simul cocta

De purgatione vini facti ex vuis acerbis et corruptis

Oportet omnes o vuas acerbas vel aliter qualitcunqz corruptas separare a reliquis. et qõ ex ipsis est mustũ ita est curandum. Aqua pluuialis vsqz ad dimidium est excoquenda. ⁊ ex hac aqua decocta q̃nta est musti decima ps superinfundi vino Rursus autẽ cũ vino decoqui vt ꝓsumat in decoctione decima ps. Quidã aũt non ita faciũt sꝫ ipsis vuis immittũt a quam cõmiscentes ad futuꝝ mustũ tertiã ptez post calcatis vuis mustũ coquũt vt cõsumatur eius tertia ps

De cura vini pluuia agitati

Si pluuialib⁹ im b ubus multis superuenientibus vue in vinea adhuc existẽtes ꝑp⁹ vindemiã ampli⁹ q̃z oportet madefiant ex necessitate ipas calcabim⁹. Si autẽ vindemiatũ mustuz imbecilli⁹ esse dideceris. docebit aũt te hoc gust⁹ cũ vinũ i dolijs mittetur post primã ebullitionez cõfestim transfundatur in alia dolia. manet enĩ in fundo omne limosuz vt lutosũ ꝓpẽ grauedinem Quidã aũt melius faciũt ⁊ vinũ coquunt

bonec vicesima ps eius consumatur ĩmittentes ipsi centesimã ptem. Laudacij vo eo vsq3 ad ignẽ vinũ decoquunt quo vsq3 quinta ps ei9 cõsumat et eo post totã consumptam vtuntur

¶ Qualiter mustum in dolijs mittendum sit

Dolia antequam demittat in eis mustũ aqua salsa pura spongia ablui oportet ⁊ incenso fumigari. oportet aũt neq3 nimis facere ea plena nec nimis deficientia sed opinari oportet quousq3 mustũ bulliẽs augmẽtationẽ faciet vt nõ supefundat. Cõmouere postea qõ in dolijs est mustũ p q̃q3 dies ⁊ man9 ⁊ cipbis spumã et si qd aliud sit superfluũ auferre. ⁊ expurgatiões omnes a cellario educere ⁊ longi9 pijcere. Si enĩ pope manserint canopes inde generantur et malus inde fit odor que ambo vinũ euerti faciunt. Idcirco bonũ odorẽ in torcularibus ⁊ maxime in apotbecis esse oportet

¶ Qualiter mustum per totuz annum haberi possit

Antequaz calcentur botri q ex ipsis stillat mustuz qõ pressmonẽ quidã vocãt mittet in eodẽ die in vas pice interi9 perunctum vel exteri9 vt semiplenũ sit vas. et obstrue diligẽter gipso. Multo enim tpe pmanet mustũ valde dulce. multo magis seruabit si vase pcluso corio in puteũ vas immittat q3 non supbulliens semper erit mustũ. Si q̃s aũt ⁊ quiescibiliter. id est. paulatim cõculcauerit vuas vt nõ cõprimant scz fortiter: boc mustũ vtile ad pmanentiã babebitur vt burgundi9 ait. Alij vas vt est dictum interius ⁊ exteri9 pice punctũ in puteuz ponunt vt labia sola supemineãt. boc p experientiã optime visum est. Alij in arenã bumidam vas suffodiũt

¶ De cognitione an mustũ vel vinum habeat aquã et qualiter possit separari ab ea

Vt cognoscamus an mustũ habeat aquã. pira cruda vel ꝑm quosdã mora mitte in mustũ ⁊ si aquã babz submergent. sinautẽ supnatabũt. Quidã cannã grecã q̃ nascit in aquis vel linũ vel papirũ vel fenũ vl̃ aliquid aridũ vngũt oleo ⁊ in vinũ mittunt ⁊ extrabũt si aquã bz ꝯgregabunt gutte in oleo. Et quãto pl9 de aq̃ babuerit tãto maioz erit gutta q̃ cõgregatio. Alij simplicius faciẽtes vinũ immittũt i ollã nouam nõdũ infusã. ⁊ apẽdũt duob9 dieb9. stillat enĩ olla aquã mixtã. Quidã in calcẽ vuaz supinfũdũt ⁊ liquidẽ aquã bz sonabit ampullas faciẽs ⁊ resiliet. Quidã vo spõgiaz nouã oleo vnguẽtes ea obstruũt os vasis ⁊ euertũt. ⁊ si aquã bz fundet in spongiam. Eadẽ ꝓbatõe ⁊ i oleo vtimur. Alij d̃ musto sibi modicũ in manu mittũt ⁊ fricãt. si puz est viscosũ est ⁊ adberet. si aquã bz nõ adberet. Aqua ꝑ mõ sepat a vino. Alumen bumidũ mitte in testã vini. deinde spõgia vncta oleo obstrue os teste vl̃ alteri9 vasis. ⁊ ĩ clinãs sine effundi ⁊ effluet solũ aq̃

¶ Qualiter mustũ cito expurgetur

In metreta dulcis musti cotulã aceti mitte. ⁊ p9 tres dies erit puz

¶ Qualiter vinũ nõ superebulliat

Donam pulegij vl̃ nepite vl̃ origani collo vasoruz circũpone vt au burgũdi9. q̃dam aũt interiora dolioz circa latera pungunt lacte vaccino. detinebit enĩ intus bulliens mustũ vt dicunt

¶ Quo loco dz stare vinũ vt melius duret

Cellam vinariam septẽtrioni babere dẽm9 oppositã. frigidã obscurã vl̃ obscure primã longe a balneis stabul̃ furno sterq̃linijs cisternis aq̃s ⁊ ceteris olorus bonẽdi. In libro tũ vindemie a burgũdio edito dr q̃ fom9

vinum sub diuo ponendū est. aduertat autem occasum ⁊ meridiē parietibus quibusdam apposit̄is. Reliqua aut̄ vina sb̄ tecto ponenda sunt. Fenestras autem altiores oportet facere ad aquilonem et orientem versas.

¶ De transuasatione vini et apertione doliorum

OPortet uinū trās
uasare in borealibus ventis. neq̄ q̄z in australi. ⁊ imbecillioꝛa q̄dez in vere. fortioꝛa aut̄ in estate. Vina autem que sunt in aridis locis post solsticiuz bruma le. Bū aut̄ transuasar̄ vinū in luna plena acerū fit. Scire oportet quoniā cum vinum a mutescente id est. fece separar̄ subtilius ⁊ imbecillius fit. Affirmant expertissimi viri q̄ si circa festum omniū sanctoruz cum vinū ebullire cessauerit ⁊ fex ad fundum descenderit ipsuz remoueatur a fece grossa faciet in byeme matrē subtilē cum q̄ melius cōseruabil̄. et post byemē facilius clarificabil̄ tpe veris. Itē dicunt q̄ si vinuz diu cum fece moreꝛ aduemēte calore ipsa ei adeo incoꝛpoꝛabitur q̄ ei⁹ sapore inficietur ⁊ nō poterit aliquib⁹ clarificari modis nisi coquar̄ vsqz ad principiū ebullitionis lento igne ⁊ claro ⁊ in vase mūdo ponatur cum saluia viua babēte in fundo duos baculos vel vnā tegulā mundā inuersam et mantellū de grosso panno Vel ponar̄ in tina munda ⁊ in idē vas postea reducatur modo p̄dicto. Preuidendū est etiaz vt in byeme quidē caleſiat. in estate vero infrigidetur. Oportet aūt trās uasare vinū cuz luna augeꝛ ⁊ sub terra est. Oportet etiā cum a doliis in parua vasa trāsmittimus vinū obseruare oꝛ⁹ stellaꝛ. Mouer̄ enī fexi oꝛtibus stellaꝛ ⁊ maxime in flore rosarum ⁊ floreſcēte vinea. Consulūt aut̄ sapiētes et maxime besyodus. Cū aperit̄ doliū vinuz quod est in principio dolij ⁊ qō est circa fundum cōsumetur. mediū aut̄ vinū dolij seruer̄ qō fortiꝰ ē ⁊ pmanentiꝰ ⁊ ad inueterationem aptꝰ Vinū enī qō est prope os dolij vt aeri adherēs est imbecillꝰ q̄z euaporatur. Qō aut̄ est secꝰ p̄fundū seu appropi quans feci cito vertit̄. Oportet aūt transmutatū vinū in testis vel alijs vasculis non vsqz ad labia testaꝝ immitti sed vsqz deorsum paꝝ sub collo vt nō suffocetur. ſz respirationē babeat si de acetositate non timeꝰ sed si ea timeaꝰ quasi nibil respiret ⁊ fiat vē tilogus de salice viridi a cortice mundata Item bonū est q̄ iuxta spinā fecariam sit vna parua spinella per quā extrabit̄ parū de vino tempibus calidis ⁊ ventosis. nā p ipsam egreditur aliquid de fece cū vino et ipsum clarificabit̄ melius. Itē oportet apertientem dolia seruare ortū astroꝝ q̄a tunc vini fit motus ⁊ non oportet tunc vinū rimari. Et liquidē doliū in die aperies oportet intendere soli vt non eius caliditas inicat vino. Si aūt in nocte necessitate multotiens puocante doliū aperies supintēdere oportet lumini lune. Item oportet euacuata dolia confestim abluere aqua salsa vel cinere vel argillosa terra siccari si vinū est debile. Sed si est valde potens solūmodo bñ claudar̄ vndiqz. q̄ odoꝝ et potentia eius tuetur vasa

¶ De tempoꝛe et modo gustandi vinum

QVidam boreali
q bus existentib⁹ ventis gustāt vinum. Immutabilia enī ⁊ sincera tunc sunt. Alij vo experti vini cognitores austro scz vento flante vina gustant. Auster enī magis vinū cōmouet et redarguit quale est. Jeunū aut̄ existentē non oportet vina gustare. obtundit̄ enī gustus neqz post mltā potationē et comestionē vt burgundius scribit. sed ex consuetudine bonorie ieiuno tātū stomacho gustāt. Itē oportet gustantē vinū neqz amarā escā neqz sallā neqz aliq̄ q̄ gustū alterent sū plusse sz q̄s maxime cum pauca comedisset et bene digessisset. Quidā aut̄ volentes circumuenire emptoꝛes. testā nouam babent quā p̄fundunt optimo vino veteri et bñ redolenti ⁊

in ea ponunt vinū qđ vendere volūt. Ma licioſius autē quidā attribuūt nuces et ca ſeum guſtare volentib⁹ vinū vt comedāt. vt certiſſim⁹ falliſicet guſtus. Hec aūt dici mus nō vt faciamus ſed ne decipiamur. Oportet etiā emptorē ſepi⁹ guſtare vinuz nouū ⁊ vetus vt nō obliuiſcat qđ effugere debeat

¶ De ſignis cognoſcendi vinum durabile

IAmiſſo uino in dolio poſt qđdā tpus trāſuaſan dum eſt in aliud vas quieſcibile. In priori vaſe derelinquēda ēipſa fex et di ligenter vas p̄cludat. Deinde intuendum eſt multotiēs odorātes ne aliq̄ tranſmuta tio fiat circa fecem gignentez conopes vl̄ fangū albuz quē facit ſubtus butē vel ma gis aliq̄d taliū exiſtimandū eſt vinum eē corrumpendū. Si nihil tale generat credē dum eſt vinū p̄manens eſſe. Quidā autez calamū integū pforantes immittunt uſq; ad fundū ſup feces. ⁊ p̄cludentes calami ſuperiorē foramē magno digito poſtea au ferentes digitū p olfactū attrahūt inferio ris odorē. Deinde erugentes attrahunt fe cis ptem. ⁊ p̄m fecis qualitatē vinū futurū eſſe opinant. Quidā vo pauz vinū bulien tes ⁊ infrigidātes guſtant ⁊ qualecunqz in uenīt in guſtu. tale futurū vinū reliquū eſſe credūt. Oportet aūt ex medio vaſe guſtuz facere. Alij vo ex tegumine vaſoꝝ ſignū ac cipiunt. diſcooperto enī vaſe qđ eſt in tegu mine guſtāt ſi quidē vinoſum eſt optimū eſt vinū. ſi vo aquoſum, non. Alij autez ex ipſo guſtu ſi a principio auſterum fuerit ſi gnum certum. ſi autem molle fuerit cōtra rium.

¶ De nocumētis que vino accidūt

ACcidit uino pro pter aquoſitatē corruptibilem in vite vel poſtea ſibi admixtā vt cor rumpat ⁊ vertat p̄pter varias cauſas ex traneo calore in ipſam agēte. Qz ſi fex vel modicū talis vini in eo dē dolio extracto re linquat in vaſe nec aperiat vas. cōuertit i muſſam q̄ vas inficit. Deinde qđlibz vinū in eo poſitū cōſequēter corrūpit. Et ſi ex eo vino in ſanū doliū vel aliud vinuz miſcet aliq̄d ſeu ponit ipſa inficit ⁊ in ſuā corru ptaz naturā conuertit. Item vinū forte ⁊ potēs ⁊ p̄cipue dulce groſſum ſi tpe calido dimit tatur i vaſe nō pleno nec deſuper clauſo eua porat calidū ⁊ humidū vini ⁊ remanet fri gidū ⁊ ſiccū qđ in acetoſitatē conuertit. De q̄z omniū cura dicendū eſt

¶ Quib⁹ temporib⁹ vinū facilius verſetur et corrumpatur

OMne uinū ſepi⁹ o vertit circa p̄liadum occaſum et circa ſolſticiū eſtuale ⁊ circa ſub cane eſtū qđ vulgariter cūmas vocat. ⁊ ge neraliter circa oēs ventos annuales. Et in eſtu ⁊ in gelu ⁊ in largis imbrib⁹ vel p̄pter violentū ventū aut terremotū vel p̄pē du rum tonitruū vl̄ qñ floreſcūt roſe vl̄ vince vt burgundi⁹ ſcribit

¶ Qualiter poteſt puideri ne vinū vertatur

SAles uſti immiſſi in vinū id verti ⁊ vltra q̄z bulire oportet ⁊ ſpumā ampliorē fieri in bibent. Amigdala dulcia nigris vuis im mitte ⁊ p̄manens id ſeruāt. Uua paſſa ab latis granis ⁊ cū arena immiſſa muſto vel vino cocto pingue ⁊ p̄manens id facit. qui dam vuā ſiccā caſu in vinea natā eligūt. et ſingulariter vtunt. Gipſum immiſſum in primordio quidē auſterū vinū facit. tpe vo p̄cedēte auſteritatē euaporat. Utilitas au tem gipſi multo tpe p̄manet ⁊ p̄manentiā facit ⁊ verti nō ſinit vinū. Et ei⁹ quidē pro portio ē vt ſi vinū ſit lentū ⁊ ſaporis bume cti aut pluuia aguatū centeſima pe gypſi ſufficiet. q̄ſi vinū naſcit vtute ſolidi⁹ medi etas abunde ſufficiet. Fenugrecū ſi teratur cū ſale vſtū ⁊ cuz vino miſceat. vina q̄ ver tūt a ſua mala fece ſepata ⁊ i boni vini fecē

immissa ꝓmanentia erũt. Quidã autez te/das accẽdẽtes in musto extinguũt ⁊ nõ sinunt vinũ verti. Quidã aũt cedri fructus vstũ ⁊ gallas vstas immiscẽtes vino ꝓmanens hoc facũt. Alij cinerẽ ex sarmẽto vinee cõbusto ⁊ semen feniculi terentes et in massam redigẽtes miscẽt cũ vino. Quidã vina que vertunt in alia vasa ⁊ in aliaz domum trãsferũt. Si enĩ a calore lesa sunt in refrigerantib⁹ locis ea recõdunt. Si autẽ ab humore et frigiditate in calidis locis et siccis trãsponunt. Alij vo semen lini vel lignum querc⁹ cõburentes cinerẽ immittũt vino. Alij lac ⁊ mel miscentes vt valde sint levia immuttunt vino vel musto. Argilla post ebullitionẽ vini ĩmissa expurgat deorsum secũ transferẽs turbulentũ ad fecem. magis aũt si vsta fuerit ⁊ bñ redolẽs vinũ facit ⁊ dulce. Reptilia enĩ hyeme eã comedentia viuũt. dulcorat enĩ argilla vinum ⁊ ꝓmanens facit. Elleborꝰ nigrũ ⁊ albũ paucum immissum expurgat vinũ ⁊ ꝓmanẽs facit. Vinũ coctũ vsqz ad tertiã ptem ĩmissum musto ꝓmanẽs id facit. frumenti farina ꝓmanentia vina facit. Resina pini retinet vina. Allumen scissum stiptica vina facit ⁊ acuentia vel acida sedat. Quidam dicunt q̃ impossibile est vinũ verti si presciebant in vase vel in dolijs hec diuina verba. Gustate ⁊ videte quoniã xp̃s suauis ẽ dominus. ⁊ bonuz est q̃ scribant in pomo qđ mittat in vas. Cõfectio mirabilis ad vinũ seruandũ q̃ vocat pãnacia. Recipe aloes vncias.ij. Incẽli vncias.ij. amomi vncias.ij. melliloti vncias.iiij. cassie vnciã.j. spice nardi vncias.ij. folij vncias.iiij. mirre vncias.ij. Hec oĩa in pãno ligata mittẽ ĩ vnoquoqz dolio postq̃z vinũ ibi fuerit immissuz ⁊ iaz expurgatũ. Immitte aũt in vnoquoqz vase cocleariũ vnũ bazi speciez ⁊ post a pãno dissolue ⁊ vino puluerẽ dimitte. ⁊ postea ꝓ tres dies radices calami moue. Quidam aũt aliã cõfectionẽ faciũt. Recipe croci vncias.iij. hoc aũt bonũ colorẽ reddit. Incensi masculi cribrati vncias.iij. Bauste ex facit folij mãipulũ vnũ. hoc bonũ odorẽ dat vino. hec oĩa cribrata misce ⁊ ex eis in quãlibet anforam vini mitte coclearia duo cuz vinũ nõ buliat sed subsistat. In oi vino hoc ꝓprie serua vt iã subsistẽtia ea specieb⁹ condias. Alij vo sic vina cõdiunt. Recipe cardamomi yreos ilirice cassie spicenardi melliloti xilobalsami squinãti costi spice celtice. Omnia equali põdere tere et reconde ⁊ vino immute. Item accipe semen artheme sie ⁊ herbã pentafilon ⁊ puluerisa. et cuz vinum est bulitũ pone intus et non versabit. Alij vt nõ verset in graspis duob⁹ vel tribus dieb⁹ bulire ꝓmittũt ⁊ ĩ februario trãsmutant ⁊ ex eo tertiã vel quartã ptẽ bulitũ ⁊ simul miscent. deinde ponũt vnaz cõmunem parapsidẽ salis in duodecim cozib⁹ vini. Vel aliter in februario trãsmutetur ⁊ quarta ps ei⁹ buliat ad ignez et despumet donec sexta vel octaua ps minuat. et iuxta finem ebulitionis ponat in quolibet caldario in granula ⁊ lurizij sicci vel luriziij tantuz. Ita q̃ paz cũ vino buliãt ⁊ cũ eo calido ponantur in vase. Et si ponunt in eo graspe bñ ablute pri⁹ in musto posite clarius erit vinũ. ⁊ obturet vas vt nõ respirz ⁊ sit bene circulatũ. ⁊ hoc certũ est. Vel aliter fit delectabile ⁊ mirabile ad bibendũ hoc modo. Quocũqz vinũ sit cõprimant vue ⁊ vinum nihil cũ graspis bulitũ totũ ad ignẽ buliat ⁊ despumet ⁊ in vase ponatur. Deinde accipe. xx. gariofilos ꝓ quolibet cozbe ⁊ in filo vel pecia positos in os vasis mitte ⁊ est certum. Alij dicũt si mustũ expressum ⁊ ĩ pimenti separatũ a graspis. ponat in tina ⁊ coopertũ cũ aliquo pãno mũdo vel nouo sextario sic v̄sqz ad dies. xv. vel. xx. dimittat. ⁊ quolibet die despumet. Deinde in doliuz mittatur erit mirabile ĩ claritate ⁊ sapore.

Qualiter vinum versatum libere tur et clarificetur

Accipe cerasa acria in bona q̃ntitate ⁊ tota integra in vegete vbi est vinũ versatũ proice et sic vinuz incipit ebulire. et sic dimittat ꝓ tres dies vel vsqz q̃ cesset bulire. quoniam

in ipsa ebulitione purgat vinū a fecib⁹ optime. ⁊ cū vinū clarū videris in alia vegete repone certū est. Si autē cū vino versato mel in bona quātitate distempaueris et ī vase vbi est vinū versatū iactaueris et pvendonē cū baculo ipm vinū cū melle agitaueris ⁊ postea sic dimiseris claresc̄et vinum ppter mel. nā mel qō turbidū est ī vino ad fundū descēdere facit. Quidā autez optime faciētes tpe vindemie racemos recentes nō cōpressos in magna quātitate ī vase versati vini ponūt vbi racemi pro matre sunt ipsi vino. Nā racemi versum reducunt ad debitā bonitatē ⁊ saporez post aliquod tps. Hoc aūt sciēdū q anteqz aliqd fiat vino verso trāsuasandū est ⁊ a sua mala fece liberandū. Quidā aūt versuz vinū in graspis de q̄bus recēter vinum sit extractum iactāt vt in eis claresc̄at. vbiqz dimittunt quantū expedit qō si multū fuerit nō totū subito sed particulariter p vices successiue agendū est ne calorē graspaz extinguat ⁊ ebullitionē qua clarificat in totum phibeat. Et quāto min⁹ mustū steterit in graspis tāto fortius opatur. Palladius aūt dicit vinū ea die limpidū fieri ac optimum si grana piperis pistacei viginti adiecto modico vini simul cōteras. ⁊ sex vini sextarios mittas diu añ omnib⁹ cōmotis tunc q̄escere patiaris ⁊ coles vsui mox futurum. Itē feculentū statim limpiduz fieri si septē pini nucleos in vnū vini sextarium mittas diuqz cōmoueas. ⁊ paululū cessare patiaris mox sumere puritatē. colariqz debere ⁊ in vsum referri. Quidā aūt clarificant cū nucleis persicoz. Alij aūt cum solo claro ouoz ⁊ pauco sale. Vel ꝑm alios. accipe lapides albos fluuij ⁊ eos in clibano coque donec in eis crepature incipiunt apparere. quo facto in puluerē subtilissimuz deducant. Itē accipe salē albū ⁊ ipsum tere subtiliter ⁊ in vase decē corbiuz pone sex vncias puluerisatis lapidis ⁊ quattuor salis. ⁊ in pas cōmiscendo īmittas ⁊ si p quolibz corbe addideris oua duo vel tria erit optimum qō etiā de dictis lapidibus crudis ⁊ subtilissime puluerisatis ⁊ sine sale fieri poterit. ⁊ hec ꝑbatissima sunt. Et optimuz est q̄ aliquid de melle addat. nā mel rubeū albi vini restaurat colorē pditū. ⁊ omne mel est viscosum ⁊ graue atqz omniū liquoꝝ conseruatiuū. Qō si nimis fuerit turbidū plus de vno quoqz addat. ⁊ hec retinent fecem ⁊ turbulentiā ad fundū sui pōdere vt nō possit sursum facile denuo eleuari. Et nullo p̄sus sapore vinū inficiūt. Si vo in tantū turbidū est q̄ efficiat limbuz ⁊ fluat vt oleū calore naturali ei⁹ in totuz extincto nulla tanqz mortuo potest medicina valere. Si vo vinū nō omnino extinctū rubeū est habens colorē corruptū ⁊ croceū cū vino albatico vel alio muleū rubicundo aut cū lauatura corticū siccaz vl̄ recentiū pue albatice. vel cū colatura seminū ebuloꝝ restaurabit. ⁊ succ⁹ ipsoz seminū saporē versati vini corrigit. Et similiter mel rosatum. Idē etiā fieri poterit cū lauatura dictoz seminum siccatoz. Itē optime clarificat hoc modo. In vase viginti corbiū accipiant q̄ draginta oua ⁊ in aliquo vase fracta cum manib⁹ vel mūdo granatello plurimū agitent. deinde vna cōmunis parapsis tartari misceat ⁊ vino addito in vase ponatur. Quo facto cū claua p vendonē in vase posita fortissime agitet ⁊ plurib⁹ vicib⁹ desubtus p fezariā extrahat ⁊ in vas iteꝝ reponatur. Cū vo clarificatū fuerit omnis turbulentia p spinaz in costis desubter extrahat. Sed est sciendū q in vino albo sola clara ponāt. In rubeo vo vitella ⁊ clara. Et ī mlt̄ tum turbido pl⁹ de reb⁹ apponit. Itez loco tartari optime sal ponit ⁊ tandē modicuz aque fluminis in vase ponat. Alij colligūt in vindemijs puaz semina q̄b⁹ optime siccatis ⁊ ex bis facta farina manū plenaz in qualibet corbe ponūt ⁊ diligēter ꝑmiscent Clarificari optime atqz a sapore versati liberari ab experto valde dr̄ si in tartareo vase libra media aluminis de rocha tbari. et tantū dem zucbari rosati cū libris octo mellis ponat boc modo. Vel coquat et optime despumet q̄ refrigerato alumen valde

puluerisatum ⁊ zucharū dissolutū in eo p
misceatur ⁊ crateremel situla vini in his cō
mixto cuncta ponant in vase.optimeq; cū
scissa pertica agitent ⁊ vas disclausuz vsq;
ad diē dimittat sequentē ⁊ in secūda die vl
tertia clarū erit. Q; si valde turbidū ⁊ pu
tridum erit vinū de vnoquoq; p̄dictoruz
plus aliquid apponat. Exacerbo autē ma
turum efficit si in p̄dicta mēsura libra vna
p̄fatā zucbari cum vno mellis rubio po;
natur modo p̄narrato.que res etiā vinuz
faciet boni saporis ⁊ odoris. Vel clarifica
tur optime ⁊ fit purū et odoriferū hocmo
do. Accipe mediaz libraz de bono alumine
rocbe et mediā aluminis zucbarini et sub
tiliter puluerisa ⁊ pone mediā vnciā de p̄;
dictis p qualibet corbe si est paz turbiduz
et si est multū turbidum pone vnā vnciaz
⁊ accipe vnā libraz tari albi vel rubei ſm q
est vinū in.xxiiij.corbibus.et accipe plenaz
manū salis albi.et tria ova recenna p qua
libet corbe.et si vinū est albū non ponas vi
tella ouoz.si est rubeū pone totū.quibus
ouis fractis in aliquo vase ⁊ fortiter agita
tis ⁊ appositis in ipsis ouis vna situla aque
fontis vel putei.et itez agitatis et supradi
ctis rebus appositis et fortiter itez agitatis
⁊ in dictā vegetē.xxiiij.corbiū positis ⁊ cuz
pertica sassa optime cū vino in vegete agi
tatis ⁊ pmixtis donec totū fuerit turbiduz
extrabendo desubtus p fezariā et ponēdo
desup p coconē dimittat. et in secundo die
clarū erit.et vsq; ad octo dies quolibet die
vnus cyatbus extrabat.⁊ similiter p spinā
inferiorē in costis ter in die tota turbulen;
tia donec cōsumpta fuerit extrabat. Sciē
dum est tamen anteq; p̄dicta fiant trāsua
sari debet vinū in aliud vas ⁊ a sua mala
fece liberari. Potest etiā clarificari si paz
fuerit cum colatoriis pannoz vt claretum
colatur

¶ Qualiter vinū albū denigratur
et in aliū colorē mutatur

POstquā uinuz al
bum de sua vindemia in aliquod
vas transmutaueris et per vnā diē resede
rit in tinā de qua vinū nigrū extractuz fue
rit iacta p9 duos dies extrabes clarissimū
et valde rubeū. Item si in tuis vuis tot sunt
albe q̄ parū esiz rubeū vindemientur diui
sim et in tina tūc nigre primo ponant et al
be desuper et totū optime nigrū erit. Pal
ladius dicit vinū bāc esse naturā vt alba
vel nigra si rediga tur in cinerē vinoq; ipo
natur ei vnāquamq; formā sui coloris im
ponere. Candidū p̄ reddat ex rubeo et al
bo eadez rōe sc; vt combusti sarmēti cine
modij vni9 mensura mittat in dolū qō ba
bebit ansoras decē.et triduo sic relictū ope
riatur et lutet.erutq; albū vl nigrū quadra
ginta diebus exactis. Vel rubificat et de
nigratur optime tpe vindemiaz cuz vuis
que vocant albatice.⁊ cum labruscis bene
maturis cuz steterit circa duodecim dies
conquassate in aliquo vase si ponat earuz
vinū nigerrimuz in illud qō intendim9 de
nigrare.et ex denigrando vino pluries la;
uentur racemi dicte albatice vel labruste.⁊
est etiā optimus mod9 ad denigrandū vi
num puz vel mixtū in tinis vt cum graspe
eleuate sunt sup liquorē q̄z melius fieri po
test p̄manēt in eundem.et iteruz bis vel ter
fiat idem.et sic a corticib9 vuarū nigraruz
tingetur. Rubificat etiā siue denigratur ⁊
clarificat et eius colorem oriū9 reuiuiscat B
modo.p qualibet corbe accipiat media li;
bra seminū siccoruz ebuli ⁊ in vino calido
molliscētur.deinde manibus vel cū pisto
rio cōterantur ⁊ pluries cū vino lauentur
et lauatura in vase cum ouis et tartaro et
vino rubeo et sale mittatur et agitatuz ser
uetur

¶ Qualiter vinum de vno sapore
mutetur in alium

IN cōdiendo mu
sto greci mustū decoctū ad medi
etatē vel tertiā p̄ē musto adijciūt
Suaue de duro fieri dicūt si ordeacij pol;
linis ciatbos duos simul cū vino subactos
mittas in vini vasculo et boza vna ibi esse

patiaris. Aliq̃ vini dulcis feces admiscēt. vel melius postq̃z vn⁹ curr⁹ vuaz positus in tina fuerit mel liquefactū ad ignē in bona quātitate iacteſ. deinde quocūq̃z portētur i tina ponant q̃ si puluerē piperis melli miscueris potēs fiet. Et si garioſilos addideris vel aliud odoriferū eoz acquiret odorē. Idē erit si in musto sine graspis buliente ponant Vinū ad potandū suaue sic dicunt fieri. feniculi vel satureie singulorū congruū modū vino infundi atq̃z turbari Vinū quoq̃z optimi odoris fieri iter paucos dies si baccas mirti agrestis mōtanas siccas z tonsas mittas in cadū. vbi aliq̃ diebus saltē decē requieſcere patiaris z tunc coles z vtaris. Flores etiā vitis arbuſtule collectos in vmbra siccare curabis. tūc diligenter tonsos z tritos habebis in vasculo nouo. z cū volueris tribus cadis vnaz floris mensurā quā syriacā vocant adijcis. z dolium suplinis z sexta vl septima die aperias z vtaris. Potest etiā recens in puissimis manipulis ad funiculū ligari habētez in capite lapillum q̃ mergat in vino. et tot diebus suspēsum teneri donec ipm odoriferum reddiderit z nō vltra q̃z malo sapore inficeret. Vinū velut vetus efficit de nouo si amigdala amara z absinthiuz z pinigummā z fenugrecū simul fricas quantū sufficere estimabis. et pariter fundas et exbis vnū ciatbum in anforā mittas. Vinuz quoq̃z asserūt ex molli forte sic fieri. Ulteeboc est ibiſti folia vel radices aut ei⁹ caulem tenerū decoctū mitte aut gypsum aut ciceris cotulas duas aut cypreſſi pillulas tres aut buxi folia quātum man⁹ ceperit aut apij semen z cinerē sarmentoz. cuius vis flamme corp⁹ reliquit exile omni soliditate detracta. Et generaliter quocūq̃z tē pore in acerbū vel forte vinū dulciſſimum poni potest. z vinū acerbū in dulce. si dulcedo displiceat z vinū nobile in ignobili et potens in debili. Q, si vis ei addere aliquē saporē extraneū pone qđ voles in gropol' ad filū ligatis cū puo lapillo. z omni die ō vino temptādo gusta. z cū habet de sapore q̃ sufficiat vt nō ppendat omnino extra be filū. et pbatū est foliū optimū saporē vino conferre

¶ Qualiter vinum et vasa liberentur a muffa

Vinū moidam id est. muffam habet vel aliū malum saporē. vitē albā. id est. vitalbam cū suis radicib⁹ accipe z subtus botē infunde radices eius sub terra ita q̃ ventant radices eius recte ad foramen dolij desuper. z immerge ramos in vino palmum vnū p foramen dolij desup. ita q̃ trib⁹ diebus ibi pmaneat z perdet illū malū odorē Alij accipiūt vitalbam longā z pcurant q̃ ab vno capite infigat in vase in loco spine fezarie z flectat ad terrā z sub ea mergatur ita q̃ stet firma z aliud caput reuoluat duobus vel trib⁹ digitis supra terraz et videbis quotidie p poros vitalbe muffam exire. z sic minorabit saporē muffe. Id idez fac vnū pane panicij inter testas et calidus pone sup monstros vel mufferos dolij. Item vinum a muffa curari fert si diebus pluribus pane calidissimo obturet qđ quidem totiēs dicit faciendū donec appos⁹ panis nullaten⁹ denigret. Vel accipiant semina lauri q̃ dicunt corbata z buliant i vino z ponantur in vase. boc enī modo dicit liberari vas z vinū sed malo sapore inficit. Et iō melius est q̃ rami lauri buliāt in caldario vini z in vase ponant z misceat vinuz. Rami vero simul vl diuisim ligati p vendonē suspendant in vino ibiq̃z dieb⁹ aliquib⁹ dimutātur donec vinū fuerit liberatū. deinde auferant. z ß modo nō inficit vinū malo sapore. Itē expertus sum q̃ multa mespila acerba in quattuor vl plurib⁹ cordulis infixa. posita p cocionē vt descendāt i vinuz z ibi p quindecim dies vel vnū mensez dimissa optime liberant vinū z vas a muffa Itē curari fert si mane et sero in vase manipulus saluie suspendat ne vinū contingat z extractū aqua lauet. foramīe optime obturato. Itē a muffa vinum curari fertur si

facculus strictus plenus panico calido in
foramine dimittat p vinū natans ⁊ aliquo
tiens pmutetur. Item p certo liberari dicit
si accipiatur manipul⁹ herbe que vocatur
nierella alias morella, ⁊ in supiori pte cum
cordula ligat⁹ in mane p vendonē in vase
ponat taliter q duobus digitis tantuz de
scendat i vinū ⁊ funiculo supra vas ad ali
quid ligato ipsum vas optime obturetur
⁊ sic p illam diez solūmodo dimittat. dein
de in sero tollat ⁊ tantundē de recēti herba
ponatur. ubiqz usqz in ortuz diei sequentis
dimittat. ⁊ sic p tres vel quattuor vices fiat
⁊ liberabit vinū. Vel ponat facculus subti
lis mūdus lineꝰ vel de scamigua plenꝰ sa
le vel gipso aut calce p vendonē cū funicu
lo ligatus vt in medio vini descēdat. et sic
semp teneat ⁊ cōferet. Vas infectuz muffa
hoc modo curat. ponat calx extincta scilicz
vna quarterula vl' quartula in vase, xij. cor
bium ⁊ vase bñ stricto ponat aqua vel vi
num feruens in eo obturet ne respiret quo
sic p aliquā morā dimisso plures revolua
tur ⁊ aperū aqua infrigidata lauetur. Vt
aliter z anip⁹ in caldario vini decoctus
in vase cū feruenti vino ponat ⁊ fiat vt sup
Et melius erit si virūqz sez secundū post p
mum fiat ⁊ optime sine dubio liberabitur
Alij dicūt q curat sale in vase posito et tri
bus mensibus ibidē cōtrabente moraz. Et
forte idem fit cū calce vel gypso aut cinere
Vel liberat hoc modo Radat optime vas
interius cū gratusa vel assa ⁊ in rimulis ⁊
ginis cū puncta cultelli ⁊ ab omni nigredi
ne vel muffa mundet ⁊ ponat in vase, x. cor
bium vna quarterola cineris sarmentorū
cum omnib⁹ pruinis suis ⁊ pl⁹ si erit nimis
infectū. ⁊ ducat cinis cū pruinis p singulas
ptes vasis. deinde claudat vas ⁊ p vendo
nem in eo ponat aqua feruens ⁊ obturet
⁊ ad omnes ptes vasis revoluat. et sic di
mittat donec cinis ⁊ aqua infrigidata erūt
⁊ tunc optime lauet vltimo roteť cuz aqua
calida bene salsa. Eodē modo curantur ti
nacia. sed quia nō possūt ua claudi coope
riantur sextorijs ⁊ pānis vt parū respirent

Item vinū ⁊ vas ab expertis dicit liberari
a muffa si solū pulueris alū in subtili saccu
lo positū p vendonē in vase ponat vt i me
dio vini pluribus diebꝰ moret. ⁊ non infici
tur malo sapore. ⁊ vna uncia in vase q̄nqz
corbiū sufficit. Itē dicit vas curari cū ace
to fortissimo bulito si ex eo lauetur ⁊ aliqn
tulum dimittat. Alij dicunt si fiat ignis pa
learum in eo curat. vel forte melꝰ liberabi
tur cū igne sarmentoꝝ. Cōseruantur vasa
a muffa si cuz euacuata erunt usqz ad vini
paruā quantitatē aperiant ⁊ extrabantur
⁊ optime siccētur vel aqua fallura vel vino
rorent. vel eo nō extracto si fortiter obturē
tur ne vini odor ⁊ fumus exalēt. qō in mu
sto non obtinet nec in debili vt in vase au
deat remanere. Nota q si sint plures cor
be ⁊ vis scire que sit melioris vini pcute cū di
gitis contra fundū ⁊ que clarꝰ sonabit illa
melior. que vero obtusiꝰ illa peior.

¶ Qualiter prouidetur ne vinum fiat acetum et qualiter ab acetositate liberetur

Querem de uite
alba. id est. vitalba pone in vino.
et nō fit acetum vt quidam dicūt.
Melius tamen pcauet ne vinū fiat acetū
si teneat i cella frigida plenis dolijs ⁊ clau
sis optime ne respiret. Qz si vas nō est ple
num ⁊ est in loco calido ⁊ de acetositate su
tura timetur accipiat frustum lardi grossi
optimi ⁊ in alba ⁊ subtili pecia lini suatur.
⁊ ab vno capite ligato funiculo p vendonē
immittat vt in mediū ventrē vini descēdat
⁊ cum vinū bibendo minuet ip⁹si lardi fiat
descēsus ⁊ desup vas claudat ⁊ sic teneatur
donec vinū ꝓsumptū fuerit. Et quāto plꝰ
lardi fuerit tāto melꝰ ab ꝫ vinū pseruabi
tur. Ut acetū mutet in vinū in ipm semen
pozri dicit debere immitti. Alij dicūt q de
acetositate tuuat sup vendone frondibus
vitis positis ⁊ sepiꝰ pmutatis semp lapide
aliquo supius existēte. Alij dicūt si oleum
olive ponat in vase tantum q cooperiat su

perficiem vini optime ab acetositate defendit̃ur ⁊ cū pluma ꝑte vini exhibit oleū ⁊ colligi poterit

¶ Qualiter fiat acetum

Acetū fit hoc modo. Ponaꝫ bonū vinū ita ꝙ sit semplenū vas ⁊ ꝑ aque vinuꝫ dulce in loco calido ⁊ vase aceto infecto et discooperto. et fiet acetū. Itē si ponas vinum clarum vel turbidū in graspis vñ sit vinuꝫ extractū ⁊ paruā quantitatē supaddas aceti ⁊ dimittas ꝑ mensem vnū vel amplius optimū efficieť acetum. Si vis cito facere acetum calefacies calibē vel lapidem ⁊ pones in vino ore vasis manēte discooperto Uel vas ponať ad solē ꝑ tres vl̃ quattuor dies cū vino addito sale Uel potes adhuc facere cit̃ hoc modo. Accipe qđ vis vas ⁊ imple optime vino ⁊ bene opila ⁊ in caldario pleno aqua facias vas diu bulire. ⁊ statim acescet. Ad faciendū acetuꝫ fortissimū. accipe cornalia qñ incipiūt rubescere et centimoda que nascunť in campis qñ similiter rubere incipiūt ⁊ de labrustis añꝫ incipiant tumefieri. ⁊ de prugnolis sepiuꝫ acerbis ⁊ puluerisa subtiliter omnia simul ⁊ tūc accipe de meliori aceto quod inuenies ⁊ distempera illud puluere illo ita ꝙ fiat panis bñ desiccatos. et quādo voles facere acetum fortissimū de aliquo vino si fuerit vinū forte. pone vnciā vnam et si fuerit debile pone plus ꝑm ꝙ videbitur tibi de illo pane ⁊ statim erit acetū fortissimuꝫ vel infra octo dies. Itē dicunt experti valde. si graspe vuaꝫ vindemiaꝫ tempore bñ lauentur ⁊ a corticibus ⁊ immūdicia omī purgent̃ ⁊ modicū ad solem siccent̃ ⁊ in aliquod vas ponant̃ vt mediū impleāt. ⁊ tāntundem vini addať ⁊ de super vas claudatur fiet acetū fortissimū cui vt puto prodesit si graspe ꝑ̄ fortis madefiant aceto ⁊ toto tpe poterit inde acetū extrahi ⁊ vinū addi. Si radices rapbani siccēť ⁊ puluerisentur ⁊ in vase ponant̃ fit acetuꝫ. Itē accipiať acetosa ⁊ siccēť et puluerisēť. et ex ea cū fortiaceto fiat panis et exiccetuꝫ ⁊ in vino ponatur statim fiet acetum quod etiam in mensa fieri poterit. Eadem de radice rapbani dicitur

¶ De virtute aceti

Acetū frigidus est et siccum in secundo gradu. Penetratiuā habet vtutem et diuisiuam ex sui substantia ⁊ constrictiuā ex suis qualitatibus Contra vomitū ⁊ fluxum ventris bulliant in aceto galle vel rose vel similia. ⁊ in tali aceto ponať lana vel spōgia si sit vomit̃ super stomachū. si fluxꝰ ventris super renes ⁊ vmbilicū. Sirupus acetosus qui fit de aceto valet ad simplicē tertianam ⁊ ad quotidianā de fleumate salso ⁊ ad omnes acutas si detur mane cum aq̃ calida. diuidit enī materiā colericā. sit autē sic. zucharꝫ debet resolui in aqua et aceto et coquatur donec adhereat tacie. Itez valet contra omnē materiā calidā. Oximel fit similiter ex aceto. quādoqꝫ simplex quandoqꝫ compositū. Simplex fit ex duabꝰ partibus aceti ⁊ tertia mellis. Compositū autez fit hoc modo. Accipe radices apij feniculi et petrosilini et tere aliquantulū et ꝑ diem et noctem iaceat in aceto. secundo die coq̃ si t̃ et postea cola. et in tali aceto pone mel ad tertiā partē et coque vt supra. Squillitticum fit. accipe squillam et dimitte per diem et noctez in aceto ⁊ coque ⁊ cola ⁊ oportet interiora et exteriora abijci et mediana admisceri. Deinde admisce mel et coque vt supra. Si vero non habes squillam: loco eius pone radices rapbani et simiť fac de eis. Datur oximel simplex vel compositum contra frigidam materiam sicut sirupus acetosus contra calidaz. quia diuidit et digerit eam. Salsa ex aceto saluia petrosilino menta et pipere appetitum cōfortat. Item si carnes comedantur cum aceto appetitus confortatur. Item nota ꝙ si acetum inuenit stomachum plenū laxat ventrem. si vero inueniat vacuū cōstipat. Item valet cōtra debilitates ex egritudine

si in eo ponat panis assus ⁊ ex eo pane mollificato tangant os nares ⁊ labia patientis. ⁊ vene pulsatiles in brachio ⁊ sup ipsis venis liget panis ꝓdictus. Et pl⁹ adhuc valz panis intinct⁹ in succo mẽte. Valet etiam acetũ cõtra litargiã ⁊ frenesim si fiat fricatio circa volas manuũ ⁊ plantas pedũ cũ aceto ⁊ sale. Auicẽna aũt dicit q acetũ etiã confert adustioni ignis velociꝰ omire. Et qñ miscet cuz vncto oleo et cũ oleo rosaceo ⁊ conquassat ⁊ infundit in eo lana non abluta ⁊ ponit sup caput cõfert sode calide et fortitudini eius. Et ous collutio ex eo et ꝑ se cũ alumine cõfert motioni dentiũ. Et vaporatio aceti calidi cõfert difficultati auditus ⁊ acuit ipsum. Et aperit opilationes colatorij alias collaterales fortiter ⁊ resolvit sonitũ. Et qñ bibit calefactũ post medicinas mortales ꝓfert.

¶ De vino et virtutib⁹ eius

Vinuz ſm Isaac bonũ dat nutrimentuz ⁊ corpi sanitatẽ reddit. Et si accipiat ſm q oportet ⁊ quantũ valet natura sufferre. digestiuã virtutẽ cõfortat tã in stomacho qz in epate quia impossibile est actionez vtutis digestiue ꝓfortari absqz caloris naturalis fortitudine. Null⁹ aũt inuenit cib⁹ aut potus adeo naturalis vtutis cõfortatiuus ⁊ augmẽtatiuꝰ put vinũ ꝓpter familiaritatis consortiũ qõ cũ natura habet. et ideo cito cõuertitur in naturalẽ ⁊ mundissimum sanguinẽ. Vñ Rufus ait. Vinũ non solus naturalẽ cõfortat calorem verũ ⁊ turbidũ clarificat sanguinẽ. Addit⁹ corpis maxime venarũ aperit ⁊ mundificat. epatis opilationem aufert ⁊ aperit. tenebrosam fumositatem tristicie generatiuã a corde repellit. totiusqz corpis mẽbra corroborat. Et non solũ sua bonitas in corpe ostendit sed etiã in anima. facit enĩ illã obliuisci tristiciaz et angustiã ⁊ dat sibi leticiã. confortat eaz ad inuestigandũ rem subtilez eiqz tribuit solicitudinẽ ⁊ audaciã. neqz ab ea sentire laborem neqz dolorẽ dimittit. Est igiĩ conueniens omnib⁹ etatib⁹ tpibus ⁊ regionibus. cum sumptũ fuerit ſm vim ⁊ cõsuetudinẽ bibentis. et ſm q natura ferre potent. actio enĩ vini non eodẽ modo operat in sembus iuuenib⁹ adolescentib⁹ ⁊ pueris. In senib⁹ enĩ est ſm medicinã quia calor vini eorum frigiditati repugnat. Iuuenib⁹ vo est ſm cibum quia natura eiꝰ est similis nature iuuenis. Adolescentib⁹ vo et pueris ẽ cibus et medicina. quia licet calor naturalis eoz sit fortis substãtialiter. tamen nondum est in pfectione ppter abundantiã humiditatis eoz. proinde vinũ naturali calori eorum dat augmentũ et nutrimentum et eoz desiccat humiditatẽ vnde est medicina. Idcirco rea sciendũ est q in hyeme et frigida regione vinũ cõuenit puz. in estate vero calida qz regione vinũ parum multũqz cõmixtũ necessario congruet. corpa enĩ refrigerat ⁊ humectat p aquaz que ei cõmixta est. Repugnat etiã calor aereo ne calida ⁊ sicca faciat corpa. portat ⁊ velociter cibũ cũ sui ſbtilitate ad totꝰ corpis mẽbra. Est igiĩ ꝑ duas causas cõtrarias iuuatiuũ. Calefacit enĩ corpa frigida ⁊ desiccat humida naturaliter infrigidat calida ⁊ humectat sicca accidentaliter. quia cũ sui ſubtilitate ⁊ pforatione aquã ad membra portat quãdo necesse habent refrigerari et humectari. Diuersitas vini generaliter est triplex. Recẽs videlicz vnius anni. vetꝰ quatuor annoz et vltra mediocre scz duoz annoz vel triũ. Recẽs vero calidus est in primo gradu. vñ pertinet frigiditati ⁊ humiditati. Idcirco ceteris ẽ nutribilius. malosqz generat humores et inopinata somnia. ventositates stomachi et intestinoz. Unde Galienꝰ. Vinũ quod cunqz recens nõ habet vim ducẽdi cibum p corpus neqz vinã puocandi. oportet ergo frigidas ⁊ humidas habẽtes naturas illud cauere. Idcirco si necessitas fuerit eligatur vinũ clarissimũ a quosum diuatorculari expressum. Uetus aũt vinũ calidus et siccum est in tertio gradu et habet quoddam amaritudinis. hmõi vinũ paz nutrit caput cito ascendit ⁊ mentẽ pcutit pro sue

punctionis acumine maxime si ex eo multum bibat & ei pax misceat aque. ppter Bigit caueant illud debiles neruos habētes et q̄ sensus acutos habēt. magnū enīz eis nocumentū p̄stat nisi multā in suis coporibus humiditatem habeāt que ei resistat Vñ Galienus. multū inquit est vinuz vetus conueniēs bis quoz in vasis multitudo humoz crudoz est accumulata. Vinū vero mediocre est bonū vtpote tempatuz & hoc est calidū & siccū in secūdo gradu. p; inde huiusmodi vinū eligatur & vetustissimum spernat. Similiter nouū vitetur q̄ ab ebulitōne non q̄euerit nec terrestria ad suū naturalē locū descenderūt. nec quod ē aereum ad suū locū. id est. ad supiora ascēdit. nec liquor eius clarissimus & lucidissimus apparet. Preterea sciendū q̄ color sapor odor liquor debilitat & fortitudo diuersificant vinū in eius qualitate & actione Et color quidē generaliter est quadrapler. sūt enī albus & niger qui sunt simplices. Et rubeus & aureus q̄ sunt ex bis cōpositi. Sūt et alij colores inter hos scz glaucus & roseus qui sunt inter rubeum & albū. Et pallidus & subpallidꝰ qui sunt inter aureū et citrinum q̄ omnes hoc modo generantur. Vinū nāq; de vuis albis factū primo ē album p aquositate & cruditate & defectione sui caloris naturalis. Ex cū aliquantisper inueterauerit & vnū annū transierit calor eius cōfortat & ipsius humiditas minuit. fitq; colorius subalbidi. Qz si plꝰ inueteraueritvt duos trāseat annos. multo plꝰ calor eius cōfortat suitq; humiditas minuit. fit q; color eius pallidꝰ Qz si itez plus fuerit vetus vt quattuor annos excedat suamq; digestionē cōpleat & naturalis caliditas in statum venerit color eiꝰ fiet citrinꝰ. Similiter vinum de vuis rubeis factū cū in initio adhuc est crudū eiusq; calor defecit colorem habebit albedini vicinū. Cūq; vnū trāsierit annū cōfortat calor & digestio eiꝰ et fit roseus colorius. Et si duos annos transeat & suā digestionē cōpleat & virtutē rufuz habebit colorē. Qz si vinū fuerit ex vuis nigris in initio est nigerrimū & obscurū propter terrestrē partē sibi dominantē & defectionem caloris sui & digestionis. Qz si annum transierit vnū eiusq; calor & digestio confortat & descenderit terreū ad suū locuz & incipit clarificari. fit inter rubeū et nigrū mediocre. Si aūt duos transeat annos & calor eius suam cōpleat pfectionē et digestionem & descendat terrestre ad inferiora et clarificatum sit. fit rubei coloris. Palaz ergo intelligimus vinū & albū & nigrū minus esse ceteris apta. sed album magis q̄z nigrū humiditati et aquositati pertinet. nigruz vero terrestreitati & grossicie. Diuersitas vini ppter saporē est. quia aliud ē dulce aliud ponticū siue acetosum. aliud insipidum & aliud forte. Dulce calidū est in secundo gradu. siccū in primo. Aliquātulū humiditati pertinet. vnde est grossum & illaudabile in sua actione nisi q̄ ventrez soluit quia in omni re dulci est vis laxatiua & colatiua. qđ vinuz si aliquid inuenerit qđ sue actioni sit cōtrariū & cohibeat ad exeūdum calefit & bulit ascēduq; ad superiorez partē stomachi & in colericos humores cōuertit. sitim generat & ventositatē & inflatiuam opilationē in epate & splene generat. & lapidē in rembꝰ creat & maxie si membra talibus p̄parata inuenerit aut digestiuā vtutem debilē. ppter hoc caueāt illud bi quibus grossa & humida natura dominatur sua enī grossicie facile subtiles venas epatis opilat sed pulmoni non nocet quia nō transit ad eū nisi quod de ipso est subtiliusq̄ venas pulmōis que valde late sūt opilare non potest. sed cū vinū dulce ruboris et claritati ptinet & bibitū fuerit quātū oportet & p̄m q̄ nature sufficit. conueniens est egritudinem exeuntibus. et quibus necessaria est multitudo nutrimēti. Pōticū vero vinum qđ acerbū & durius clariꝰ et grauiꝰ est. tardiusq; digerit & venas difficulter pforat q; dulce calidiꝰ ē & acceptabiliorez hz saporem. sed ponticū est terrestre & asperū habet saporē. Vnde difficile est ad pforandas venas. neq; egestionem neq; sudorē

prouocat.non ergo bonum sanguinē gene
rat.ventrē tamen ⁊ intestina cōfortat Vi
num autē insipidum melius est pontico.
quia temperatū est ad comparationē pon
tici. Unde congruit calidas complexiōes
habentibus maxime stomacho.paruꝫ ta
men nutrit.citoqꝫ vrinam eijcit. Vinū for
tissimū est cunctis calidius ⁊ fortioris ac
tionis.citoqꝫ caput ascendit ⁊ ebulire et fer
uescere facit corporis humiditates. Unde
fumus ascendens de stomacho nocet cere
bro mentemqꝫ percutit. Necesse est ergo
vt illud caueant complexiones habentes
calidas nisi multū fuerit cōmixtum. quia
si multum fuerit cōmixtū ⁊ quantū opor
tet et decet accipiatur. ⁊ scōm q̄ conuenit
etatibus ⁊ regionibus et consuetudinibus
laudabile est quia grossos dissoluit humo
res ⁊ vias venarum a putredine mundifi
cat atqꝫ sanguinem clarificat. Senib⁹ au
tem et qui eorū vicinātur etati propter su
perfluitatis coadunationē in eorū corpo
ribus est huiusmodi vinū optimum ma
xime si puritatē fuerit vicinum.quia eorꝫ
calorem confortat.crudorumqꝫ humorꝫ
abundantiā dissoluit. conuenit etiam bis
quibus grossi humores et crudi collecti fu
erint. Diuersitas vini propter liquorē est.
quia aut est subtile aquosum aut terrestre
grossum aut mediocre. Vinum autez sub
tile aquosum semper inuenitur cū albedi
ne et claritate. Unde facile in stomacho di
gerit̄ et venas perforat et vrinam prouo
cat. Ideoqꝫ est vtile febricitantibus. quia
non fortiter calefacit neqꝫ mentem pcutit.
nullum etiaꝫ cerebro vel neruis nocumen
tum infert. Et si mixtum non fuerit erit me
lius.maxime ad extenuandam sitim. Vi
num terrestre ⁊ grossum oppositum ē sub
tili aquoso.vnde stomachuꝫ grauat.quia
durum est ad digestionem faciendā ⁊ dif
ficile ad perforandum venas vrinam non
prouocat ⁊ tarde ad caput ascendit ppter
sui grauitatem et grossiciem. Idcirco non
facile facit ebrietatem. Item vinum quod
dam est odoriferum quod cito sensuꝫ odo
rabilem in pellicula cerebri stantem perfo
rat propter sui leuitatem. Quoddā est nul
lius odoris propter grossiciem et grauita
tem sui.et quoddā est horribilem odorem
habens. Vinum odoriferum suū liquorē
significat esse temperatū et subtilem omni
sordicie mundificatum penitusqꝫ digestū
Unde clarum sanguinem generat lauda
bilem ⁊ mundum. cordis confortatiuum.
animāqꝫ letificat.tristiciam et angustiam
expellit.quoniam mundificat sanguinem
a putredine in corde existentem.propter ꝫ
huiusmodi vinuꝫ omnibus etatibus ⁊ cō
plexionibus conueniens est. si accipiatur
ſm q̄ oportet ⁊ ſm q̄ natura sustinet Pre
terea mutat vicium anime in virtutē. ver
tit enim eam ab impietate ad pietatem.ab
auaricia in largitatem.a superbia in humi
litatem.a pigricia in solicitudinez. de timo
re in audaciam.ab ignauia in facundiam
astutiam et ingenium.sed hoc fit cum tem
perate prout oportet bibitur. Sed si vsqꝫ
ad ebrietatem bibatur generabit supradi
ctis contrarium.quia ebrietas rationalis
anime lumen extinguit. vnde pmanet ca
put velut nauis in mari absqꝫ gubernato
tempe anni quo terra non fuerit cōgelata aut adeo ficca q̄ coli nō possit. ⁊ durāt eoꝝ semina p quattuor annos. Et q̄ serunt de mense februarij ⁊ martij decēbris et aprilis ⁊ maij habēbūr tota estate ⁊ byeme donec pruinis ⁊ frigore destruant q̄ si stipites eorum nō euellant in vere pducūt semina. q̄ cū matura fuerint colligunt. Verūtamē si plures auferant ab eis ramusculi seminū cū nascunt ita q̄ materia seminis ꝓsumat vincunt. ⁊ postea folia pulcra pducūt. et p annos plures eoꝝ vita durabit. Quidam tñ nimis facile semina pducūt. ⁊ bi nō pñt sic facile seruari. Alij sunt q̄ non sic facile semina pferunt. ⁊ bis ppter cōpetit hec cautela. Et q̄ seminant post medīū augusti vsq; ad octo dies intrāte septēbri. deinde trās plantant de mēse septēbris vel octobris cū aliquantulū creuerint erūt magni ⁊ pulcri in quadragesima sequēti ⁊ post ipsam. et semina non pducunt ⁊ gelu ⁊ pruinā byemis non timebunt. Si vō añ dictū tps serant semina producent in quadragesima. et ēsui non cōuenientes erūt. Q; si p⁹ dictuz serant tps nimis teneri ⁊ debiles erūt. ⁊ veniente frigore byemis non durabūt. et hoc in pūbus tuscie ⁊ bononie est ꝓbatū. Spsi si valde seri possunt ⁊ irrigari si tps fuerit nimie siccitatis. Et nota q̄ cauliuz semina p decē annos dicunt posse seruari. Cū vō plantant in foramine cū palo facto amputent summitates radicū ne cū ponunt sursum plicent qđ eis magnū nocumentū afferret. Et nota q̄ ponēde sunt plante incrementi maioris. q̄a licet seri⁹ cōpbendant: tamē fortiores fiēt. nec est necesse q̄ fango vel molli letamīe radices liniant. nec q̄ terra sit mollis. nā ⁊ in mediocriter sicca plantari potūt licet arescāt folia donec veniēte pluuia pma cōfortabit vigor eoꝝ. Et nō solum caules mēse martij vel aprilis plātari sed etiā qui iunij vel iulij vel augusti mēse plantant erūt in byeme magni. Plātātur aūt soli ī loco vbi nihil aliud est. et optime similiter p sulcos omniū herbaꝝ ⁊ ceparū et alliorꝝ scz vna acies p sulcū vel due. vna scz a qualibet ripa sulci p vnū brachiuz vel minus ab inuicē sepati. sed quāto rariores plantant tāto maiores efficiunt. et quāto spissiores tanto minores. Itē caules quos dixim⁹ p quadragesima esse plantandos. optime plantant inter magnos caules in duplo spissiores q̄z ipsi magni sint. p⁹ optime culta terra et quasi ī puluerē redacta qui remanebūt maiorib⁹ resecatis ⁊ poterunt rarificari vt magni fiāt. et durēt p totum annū. nā illa estate semina non pducent. Itē plantari possunt p agros inter milium panicū ⁊ fabas. et p sulcos frumēti et alioꝝ granoꝝ ⁊ inter cicera ⁊ in sulcis melonum ⁊ cucumerū. Itē plantari possūt in vineis ⁊ in eis bñ pueniunt sed eas maxīe ledunt. Compertū est enī caulē esse inimicum vitis ⁊ debilitare plurimuz ⁊ adurere vitem si fuerit circa ipsam. Itē caue cū caulē plātas ne tantū terre submergas q̄ sūmitas stipitis plātule nō remaneat supra terram. q̄a statim plāta periret. Caules sarculandi sunt ⁊ ab herbis inutilib⁹ liberandi. Et cū post intēsam siccitatē estatis veniūt pluuie q̄bus renouari sperant auferātur ab eis folia inutilia q̄ ficca fuerunt vl̄ fozata. Caulis frigid⁹ et siccus est in ꝑmo ḡdu. Sed Auicēna dicit q̄ est siccus in secūdo turbidū ⁊ melancolicū generat sanguinez ⁊ eius nutrimentū est puū. Cum vō coq̄t cū carne pingui aut gallinis fit bon⁹ parū Jus eoꝝ ventrē humectat ⁊ prinā ꝓuocat Eoꝝ vō corpus est siccū vnde est cōstipatiuum. sunt ergo simul recepti in hac actiōe temperati. sed solū ius datū solvit et substantia sola cōstipat. Nocumentū eoꝝ auferetur si eli⁹ent. et aqua ꝓ ecta coquantur ī alia cum pingui carne pecudū aut suis. et cum pipere vel cimino ⁊ allio dent. Auicēna dicit q̄ ei⁹ decoctio ⁊ semen tardāt ebrietatem. Et ex ꝓpietatib⁹ eius est exiccatio lingue. et facit somnū. et comestio eius clarificat vocē. Galienus dicit q̄ si caules assati dentur pueris ad comedendū faciunt eos citius ambulare. Plinius dicit q̄ folia cauliuz mirabiliter sanāt pulnera canū

Item dicit q caulis parū coctus soluit vē trem ⁊ multū coctus stringit eum. Itē dicē q caulis confortat neruos, vñ valet paraliticis ⁊ tremulosis. lactis vbertatē prebet. Et eius succus valet cōtra venenū ⁊ ꝑ mor sum canis rabidi.

¶ De cepe

Cepe desiderant terrā solutā pinguē ⁊ optime sbacta. Eoꝝ semina tribulata durant p annū tantū sed in machis .i. in intestinis suspēsa p triennū seruant illesa. Seruntur a quibusdā de mense nouembris circa principiū ⁊ maxime p vniuersam tuscam. ⁊ fit supra ipsaꝝ seminariū velut pgularium de aliquib⁹ straminib⁹ cooperiuz versus a quilonē p vnū brachiū ⁊ per duo versus meridiē eleuatum. Et a multis seruntur mēse decēbris ⁊ martij cū primum post byemē seri possunt. Sole seruntur in areis. ⁊ mixtim cū alijs herbis seri possunt cū aliquantuluz creuerint siue sit de mēse maij aprilis vl' iunij plantant in areis per vnū semissem vel spannā ab inuicē sepate. ⁊ i area quattuor acies poni debēt. Quas vero vis ante maturitatē comedere plātabis in areis. vbi sunt cucurbite cucumeres citrulli ⁊ melones. ⁊ cum be creuerint sepe tollunt. vbi etiā si dimittant ad maturitatem puenirent licet nō sint ita grosse sic̄ be species que in areis sole ponunt. Cū plantari debēt recidant radices vsqz ad grossitudinē vnius vel medij digiti iuxta cepam ⁊ p vnū digitū tantū subterra mergantur. Hec enī planta adeo facile compbendit q si solūmodo poneret vel caderet supra terram vel ad ptes longinquas portaret etiā discooperta vel in terra quasi arida. dū tñ optime puluerisata plantaret. summa facilitate nascetur ⁊ augebitur. Sepe circumfodi desiderāt ⁊ ab herbis quibus liberi liberari. Qz si terra eodē anno stercorata non fuerit debet plantationis tempe stercorari vt optime cōualescant. Collectis autē cepis maturis. qđ patet cū se sustinere non possunt ⁊ ammodo non augent meliores earuz plantant de mense augusti vt anno sequenti semina faciāt. Deteriores vo plantantur in quadragesima vt virides habeātur. mediocres vero seruant que si minuēte luna euulse fuerint claro ⁊ sicco aere existente melius seruabunt in loco obscuro et sicco. Cepe calide sunt ⁊ humide in secūdo gradu. pinde sepius comeste cū sui acumine humores malos generāt in stomacho. sitim. inflationē. ventositatē. capitis doloꝝ atqz insaniā faciunt ppter fumuz ex eis ad caput ascendentē ⁊ cerebrū pcutientē. Vñ assuescentes eis cadunt in maniā ⁊ terribilia somnia ⁊ melancolica cernūt presertim si ex egritudine exeuntes eas comederint. Crude vero comeste nibil nutrimenti coz: porī tribuūt. sed si elixent et aqua piecta in alia coquātur dāt nutrimentū bonū ⁊ maxime plurimū si cum carne pinguissima et bono condimento odorifero condiantur. Si aūt crude ppter medicinaz moderatē ꝑm q oportet sumātur calorē inducunt et grossos ⁊ viscosos humores incidunt. ozā venaz aperiunt. vrinā ⁊ menstrua prouocant. et appetitū augmentāt ⁊ venerem suo calore ⁊ humiditate augmentāt. Succus earū naribus immissus vel si odoz earz narib⁹ fuerit attract⁹ caput optime purgat. Crude vo comeste crementa capillorū prestant. Auicēna dicit q in cepe est acuitas i cisiua amaritudo ⁊ stipticitas. et quod est longi⁹ est acutus. et rubeū est acuti⁹ albo ⁊ siccū humido ⁊ crudū cocto. et in ipo est attractio sanguinis ad exteriora quare est rubificatiuū cutis. Cepe ꝑterea cum comedit ꝑprie cōfert nocumento aquarū ⁊ semen ei⁹ delet morpheā. Et cū fricat i circuitu loci alopicie ex eo cōfert valde. Et ipsū cū melle eradicat verrucas ⁊ plurim⁹ vlus eius facit suber. Et est ex eis q nocēt intellectui ꝑterea q generat humorē malū

¶ De cimino

Ciminum desiderat terrā pinguē ⁊ aerē calidum.

et scritur de mēse martij. Calidū ⁊ siccū est in tertio gradu. p q̄nq; annos pōt seruari. Virtutē habet diurenca ⁊ fumositatē subtiliandi. vīt sumptū in cibis ⁊ potib⁹ et salsamentis digestionē pfortat. Vinū decoctionis eius ⁊ sicuū siccar ⁊ seminis feniculi dolorē ⁊ tortionē intestinorū ex vētositate mitigat. Itē vinū valet p ra frigidā tussim Cōtra tumorē faucū ciminū ⁊ ficus bene trita in vino coquant ⁊ emplastrū factum sup locū dolentē ponat. Contra frigidum reuma capitis puluis ei⁹ et baccarū lauri simul in testa calefact⁹ ⁊ in sacculo positus capitu supponat. Contra sanguinē oculoz nō in pncipio sed post puluis cimim cū vitello ouī pfectus sup tegulā calidā ponat. ⁊ diuisum p mediū lepi⁹ supponat. Cōtra liuorem ex cōcussione vel alio mō factum dū recens est puluis cimini subtilis bñ cōfectus ad ignē ⁊ sepius appos⁹ certum remediū est. Et nota q̄ ex frequēti vsu cimini fit discoloratio cutis

¶ De croco

Croc⁹ est duplex c scz siluestris q̄ scritur eodē modo sicut alie herbe q̄ est modice vtilitatis. sed facit altū stipitē et multas mazolas in q̄bus nascit crocus q̄ cū appareat i ortu solis colligit. Itē est bon⁹ crocus domesticus qui nō serit q⁹ semina non pducit. sed cepule ei⁹ colliguntur de mense aplis vel maij ⁊ dimittunt octo dieb⁹ in aceruo vt maturent ⁊ tūc mundant ⁊ siccant in loco calido nō tamē ad solē ne coquant. Cū sūt mature cognoscit q̄a tunc folia eius sūt sicca ⁊ seruant vsq; ad mēsem augusti. et tūc aut ante aut post vna sepata ab alia i areis pastinatis plantent cū radiculis q̄s habent p vnā spannā distātes ⁊ q̄tuor digitis submergant in sulcis. ⁊ duob⁹ vl tribus annis dimittant ⁊ quolibet anno de mēse aprilis si tūc folia sunt sicca ⁊ de mēse maij ⁊ iunij ⁊ iulij si herba nascat in areis runcatur sarpādo terrā p totū in superficie p duos digitos deorsum vt nō tanganf cepe. Et si placuerit circa finez augusti aut de mense septembris radat terra vt area ⁊ ab oī virditate mundet. deinde nascētibus floribus colligant. ⁊ croc⁹ siccet ad lentū ignē et aliq̄ loco clausus seruat. Et elapsis duobus vl tribus annis totū euellit de mense aprilis ⁊ utez plantat vt dixi. Terrā desiderat cretosam vel mediocrē. et potest optime plantari vbi fuerint cepe cū sint euulse. Et ē sciendum q⁹ croc⁹ non multū ledit vmbras. sed plurimū ledit a muribus q̄ sub terra comedunt cepas eius. cōtra quos nihil tātū valet q̄ntū tendere trapulas iuxta eorū foramina. ⁊ sulcos pcauos inter areas facere qui eū defendāt ab humore aqueo quē valde timēt. et pter hec sunt impedientes trāsitum murū ⁊ talpaz q̄ multū appetunt cepas eius. Croc⁹ est calidus et siccus in pmo gradu ⁊ in suis qualitatib⁹ tpatus. et ideo cōfortatiu⁹. Vñ cōtra debilitatē ⁊ defectuz cordis multū valet. Rubore oculorum ex sanguine ⁊ macula tollit si trit⁹ cū rosis ⁊ vitello ouī oculo apponat. vt dicit Diascorides. Itē qui crocū pus bibit ebrietatē ⁊ crapulam nō timebit. Itē corone ex eo facte ñ permittūt hominē inebriari. Itē somnū facit ⁊ stimulat venerē. vt dicit Plin⁹. Itez dic⁹ q⁹ curat morsus serpentū ⁊ araneaz ⁊ puncturas scorpionū

¶ De cepulis malixis

Cepule malixie plac tantur vt porri. s. vna in foramine p vnū pedē distātes q̄ magnuz caspū faciunt quo postea vtimur estate sequēti post pasca resurrōis. ⁊ sūt fere eiusdē cōplexionis cū aliis cepis

¶ De carduo

Cardus scritur c mēse martij. Terrā stercoratam diligit ⁊ solutā q̄uis in pingui possit meli⁹ puenire. et ħ illi valet q̄ talpas sed ī solidiori terra pangatur ne ab inimicis animalib⁹ facile pforet. Sunt in area iam pparata cardui luna crescēte serēdi. semia

discreta semipedis spacio Cauendū est ne semina inuersa ponant. nam debiles z incuruos creabūt z duros. nō alte imp̄menda sunt sed tribus digitis cōprehensa mergant donec ad p̄mos articulos digitorum terra puenerit. Herbis liberent assidue donec plātaria soliderit. z si estus increuerit irrigētur. Et acumina seminū p̄stringas spinis carere. Palladi⁹ ait z affirmat. Hē se octobris cardui plāte ponant inter frumentū iam natū z alias segetes cum palo. qō est vtilius q3 eos in crudo solo ponere quos cū ponem⁹ radices sūmas eorū ferro resecam⁹ ac si fimo cingim⁹ ternorum spacio pedū separem⁹ incremēti causa pedali scrobe depositas binas aut trinas. Cinerem sepe sub byeme siccis dieb⁹ fimū q3 miscebim⁹. Colligunt aūt nō simul. qa nō simul sed successiue maturātur. nā tunc est colligēdus cardu⁹ cū habet adhuc flores in inferiori pte vt sertū. nō aūt cū flores omnes ceciderint. qa deterior esset. Sane singulis annis quotidie auferēde sunt plante vt nec matres fatigent. z sobolem palia spacia dirigant. q tamē cū aliq̄ sunt radicis p̄te vellēde. quas seruabis ad semia colligēda. liberatis omnib⁹ pullis testa supregere debebis aut cortice. nā solet semina sole vl imbrib⁹ interire z pire

¶ De camomilla

Camomilla calida z sicca est in p̄mo gradu. Et ē ppinqua vniuersole in subtiliatione sua. z ipsi⁹ caliditas est sicut caliditas olei p̄ueniens z aptiua z subtiliatiua spissitudinis mollificatiua z resolutiua absq3 attractione. Et hec est ei⁹ pp̄rietas inter medicinas. Sedat apostemata calida mortificando z resoluēdo ea z cōfortat membra neruosa oia. Et ē ex medicinis pl⁹ p̄ferentibus laxitudini q3 reliq̄. Et ē p̄fortatiua cerebri. qa resoluit materias capitis

¶ De cuscute

Cuscute. id est pobogra lini vel grūgus. calida est in primo gradu et sicca in secūdo. Cum floreb⁹ debet colligi z p duos annos p̄t seruari. Virtutem habet p̄cipaliter purgādi melancoliam. secūdo flegma. vñ cōuenienter ponunt in decoctionib⁹ purgantib⁹ melancoliam z flegma. Aqua decoctiōis eius valet contra stranguriā z dissinteriā. z etiā herba si poteris habere i magna quantitate decoctam in vino z oleo. renib⁹ et pectini z aliis p̄tib⁹ dolentib⁹ cataplasmata. Auicēna dicit q aqua cuscute est mirabilis ad ictericiam. Serapio dicit q de p̄prietatibus eius est expellere superfluitates antiquas a venis

¶ De calamento

Calamentum aliud est aquaticū z vocat metastr. Aliud est montanū z vocat nepita. Montanū meli⁹ est qa est magis siccum. Cū floruerit debet colligi. z in vmbroso loco siccari. z potest p annū seruari. Virtutē habet dissoluēdi p̄fortādi et p̄sumēdi. Contra frigidā tussim z p̄ frigidum asma vinū decoctōnis ei⁹ z liquiricie z vue passe. vel vinū decoctiōis pulueris ei⁹ z ficuū siccar valet. nā ex eo z aliis quibusdā reb⁹ fit dyacalamentū qō ad idē valet. Et pulueis eius in cibo sorbili vel i farina ordei ad idem valet. Contra dolorē stomachi ex frigiditate vtat patiens puluere ei⁹ in cibis vel in vino decocto. Contra frigidū reuma vngat occipitiū. id est. posteriorē p̄s capitis ex melle decoctōis pulueris eius. postea fiat saccellatio z ex puluere calefacto i olla rudi vel ex ipsa herba. multū eni p̄fert. Contra relaxationē vue fiat gargarism⁹ ex aceto decoctionis pulueris eius z rosar p̄ tenasmon ex flegmate vitreo vl ex alio humore frigido inungant renes ex melle et aqua decoctōis pulueris ei⁹ vel herbe. z ponat pulueis ei⁹ z colofonie z seminū nasturcij caldus cū bombice supano. Et sic etiā liberatur matrix. vel fiat fomentū ex aq̄ decoctionis ei⁹ ad desiccādas superfluitates matricis

ꝛ multū ꝙ valebit. ꝛ sic exꝑtū est ab aliq̄bus.

¶ De centaurea

Centaurea calida ꝛ sicca est in tertio ḡdu. Est herba amarissima. ꝛ alia est maior ꝛ alia est minor. ſz maior est maioris efficacie. cōpetit medicine p̄ncipaliē ꝑm folia ꝛ flores. vñ cū incipit flores ꝓducere debet colligi. ꝛ in vmbroso loco siccari. ꝙ annū in multa efficacia pōt ꝑuari. Virtutē habet diuretica attractiuā ꝛ cōsumptiuā. Vinū eius decoctōis valet ad opilationē epatis splenis renū vesice stranguriā ꝛ dissinteriam Vñ Galien⁹. Cētaurea est ex melioꝛib⁹ et nobiliorib⁹ medicinis ad opilationē epatis. ꝛ cōfert magnifice duricie splenis emplastrata ꝛ bibita. Cōtra vermes auriū iniciatur succ⁹ ei⁹ cū succo porroꝝ. Ad lumbricos dē pulus ei⁹ cū melle. Ad visum clarificandū succus radicū centauree maioris cum aqua rosaꝝ cōficiat ꝛ oculi liniantur ꝛ vngantur

¶ De capillo veneris

Capillus veneris frigid⁹ ꝛ siccus est tempate. vim tem habet diuretica ex subtili substantia. Recēs multe est efficacie. parū potest seruari q̄ subtilis herba est. Cōtra calefactionē epatis dē aqua decoctōnis eius. Itē ex ipa aqua ꝛ zucharo fiat syrup⁹. et si sit cū vicio splenis addat aliq̄d calidū diureticū. ꝛ plagelle intincte in succo ei⁹ vl ipsa herba trita supponat. Auicēna aūt dicit q̄ paꝝ declinat ad caliditatē. et sic est subtiliatiuus resolutiu⁹ ꝛ apertiu⁹. ꝛ in ipso est stipticitas. ꝛ q̄n p̄miscet cibo gallorꝝ et coturnicū facit eos fortes ad dimicandū ꝛ interficiendū. Cinis eius cum⁹ aceto ꝛ oleo cōfert alopicie. ꝛ cū oleo mirtino ꝛ vino ꝛ lixiuio plongat capillos ꝛ ꝓhibet casum ipoꝝ Et ei⁹ canis cū lixiuio ꝓfert furfuri⁹ capitis ꝛ delet eas. ꝛ eradicat vlcera humida in eo. ꝛ ꝓfert pulmoni purgādo ipm valde ꝛ ꝓuocat vrinā ꝛ frangit lapidē ꝛ prouocat menstrua ꝛ trahit secundinā ꝛ purgat mulierū fetū ꝛ abscindit fluxū sanguinis.

¶ De cerifolio

Cerifoliū de mense augusti seritur ꝛ est bonū ꝓ tam byemem ꝛ post ipsam

¶ De cicuta

Cicuta calida et sicca est in q̄rto ḡdu. Virtutez hz attrahēdi. dissoluēdi ꝛ cōsumēdi. ea tm̄ nō primum in interioꝛibus medicinis q̄a venenosa est ꝛ in substātia ꝛ in suis q̄litatib⁹. dissoluit enī tantū q̄ spūs inanuunt. ex quoꝝ inanitōe mēbra mortificant. Virtutē habz potissimā ꝑm radices deinde ꝑm folia vltimo ꝑm semia. vñ semē ei⁹ quādo q̄z ponit in medicinis. Cōtra vicū splenis talis sit vsus. tota herba in aceto cum bolo armenico ꝓ decē dies iaceat. Deinde buliat quousq̄z bñ resolutū fuerit armonia cū et postea colet ꝑ pannū illa liquoꝛositas buliat bñ ad ignē. ꝛ addita cera ꝛ oleo fiat vnguentū cicute q̄ō est potissimū ꝓ splenē et cōtra dura apostemata ꝛ ꝓtra arteticam ꝛ epilentiā si inunganī. Cōtra arteticā et podagram coquat radix in pasta fissa ꝙ medium ponant supra arteticā tutissimū est remedium. Cōtra iliacā passionē stranguriā ꝛ dissinteriā ex decoctōe ei⁹ in vino fom et oleo dolēta loca catha plasmenī. Ad matricē mū dificandā ex frigidis humoꝛib⁹ ꝛ glutinosis ꝛ ad mēstrua ꝓuocanda fiat fomentū ex vino ꝛ aqua salsa decoctōis ei⁹. Cōtra stropbulas siccas fiat vsus herbaꝝ diureticaꝝ. postea fiant catha plasmata ex duab⁹ ꝑtib⁹ cicute ꝛ tertia scabiose

¶ De catapucia

Catapucia calida est in tertio ḡdu ꝛ humida ī sc̄do. ſz Gerard⁹ dicit in suo modo medēdi q̄ est calida ꝛ sicca ī tertio ḡdu Est aūt semen cuiusdā herbe simili nōie appellate q̄ remoto exterioꝛi cortice seruaī ꝙ an-

num. Eligẽda est q̃ est viridis nõ pforata i terius nec liuida sz alba. Virtutẽ habz purgandi p̃cipaliter flegma. secũdario colerã z melancoliã. Habet etiam vtutẽ purgandi per supiora ex ventositate et leuitate quã habet. vñ q̃nqz dat̃ sanis ad p̃seruatõnem sanitatis q̃nqz egris ad egritudinẽ remouendã. Cõtra quotidianã de flegmate salso z scabiẽ cõterat̃ catapucia i mita q̃ntitate z postea cauliũ foliis inuoluta sb cinere ponat̃ diuqz dimittat̃ vt bñ coquatur deinde extracta compumat̃ z oleũ qđ ide fluit seruet̃ qđ p annũ seruari potest z cuz necesse fuerit det̃ patiẽti in cibis vel aliquo alio modo z ita possunt decipi multi. Vel fiat claretũ ex catapucijs bñ contritis et cũ melle decoctis. deinde cõmisceat̃ vinum z fiat claretũ. Et nota q̃ in .xx. libris vini debz esse catapucie vna libra. Idẽ in vncijs z alijs ponderib9 minorib9. Itẽ possunt poni catapucie bñ contrite in iure carnium vel piscũ vel alioz ciboz z comeste multũ valent sanis z egris. Gerard9 tñ dicit q̃ catapucia multũ est laxatiua z purgat supius z inferi9 laboriose z cũ angustia. vñ cauendum est ne det̃ nisi facile vomẽti z nisi materia sit digesta nec sunt dãde habentibus debilẽ stomachũ z intestina quoniam subuertũt ipsum. nec dent̃ nisi distempate ne moꝛã faciant in stomacho. nec est supdormiendũ nec quiescendũ sicut nec in ceteris vomitiuis medicinis. Ex vsus eaz est vt ex eis acuant̃ medicine. Item dicit q̃ p se dari possunt trite z distempate cũ aqua calida vel vino. Et dicit q̃ purgãt principaliter flegma z viscosos humores z maxime a stomacho z intestinis. vñ p̃sunt colericis cardiacis iliacis arteticis febri q̃tidiane z ex vitreo vl̃ naturali flegmate. Diascordes autem dic̃ q̃ dant̃ a q̃nqz ḡnis vsqz ad nouẽ z q̃n stomach9 fuerit fortis dent̃ integra. z si sit debilis dent̃ trita. Itẽ dicit q̃ si folia catapucie dent̃ cocta cũ pullis aut cũ oleribus vel alijs cibis laxant flegma z colerã.

¶ De cretano

Cretanus. id est. Crinci marini est calidus et sicc9 in q̃rto gradu. Herba est q̃ in locis marinis repit̃. Virtutẽ bz valde diureticaz ex subtilitate. Cõtra strãguriã viciuz lapidis z iliacã passionẽ. herba ipa i multa q̃ntitate in aq̃ bulita salinaria vino et oleo z i illa aq̃ patiẽs sedeat vsqz ad vmbilicũ. z sit tantã quãtitatẽ habere non possit caliba plasmet loca dolẽtia. Herba comesta etiaz vel vinũ decoctõis ei9 vnã puocat.

¶ De celidonia

Celidonia calida z sicca ẽ in q̃rto gr̃ou. Cui9 duplex ẽ maneries. scilicz indica q̃ maioris ẽ efficacie z citrinã bz radicẽ. Et est cõis q̃ in pub9 nostris repit̃. z est minoris efficacie. vna tñ p altera ponit̃ Et cũ in receptionib9 inuenitur radix nõ herba debet poni Virtutẽ bz dissoluẽdi attrahẽdi z pumẽdi Cõtra dolorẽ dentiũ ex frigida cã radix inẽ dẽtes aliq̃ntulũ p̃trita z alleũ supponatur ad caput purgãdũ z vuã repletã frigido buore radix i vino decocta patiẽti supponat̃. z patiẽs fumũ p os recipiat. deinde vinũ gargarizet q̃d vuã desiccat z caput purgat Plini9 aũt dic̃ q̃ succo celidonie oculi irundinũ erui vel lesi ad statũ pristinũ reducunt̃

¶ De coriandro

Coriandrũ est herba satis cõis q̃ calida z sicca est i scõo gr̃ou. Cui9 semẽ i receptionib9 dz poni. q̃d p duos annos duat̃. Virtutem bz p̃fortãdi ex aromaticitate. ad digestionez p̃fortãdã z doloreꝫ stomachi ex vẽtositate det̃ semẽ ei9 i cibis z vinũ decoctionis eius i potu. Itẽ puluis semis ei9 sup carnes aspsus eas saporat. Itẽ dic̃ Isidor9 q̃ puluis ei9 semis in vino dulci dat9 reddit homies ad venerẽ pniores. sz cauẽdũ est ne nimiuz det̃ q̃i amẽtiaz deducere z furorẽ. Cui9 herba cũ semie est canib9 venenosa z eos interficit si ab eis aliquotiẽs sumat̃

¶ De consolida maiore

Consolida maior id est simphiti frigide z sicce complexionis ẽ. sed ꝓprie radix ei⁹ est medicinal'. Virtutẽ habet ꝓstringẽdi materiam grossaz. p ꝗnqz annos suaf. Puluis eius dat⁹ in cibis valet ꝓ fluxũ sanguinis mẽstruoꝝ z cõtra fluxũ ventris z suppositus valet ꝓ fluxũ menstruoꝝ z sicꝫ fomẽtationes ex ipa berba facte

¶ De cucumere agresti

Cucumer agrestis est berba nota. Ex cui⁹ succo fit electuariũ ℔ modo. In caniculaꝛibus diebꝰ colligit fructꝰ ipsi⁹ berbe cũ est quasi maturꝰ z cõterit. z succꝰ ipsi⁹ soli exponit z desiccat. Et quidaz decoquunt ad ignẽ z tale minꝰ est laxatiuũ. minusqz violenter ducit. z quidã decoquũt succum cũ melle fere vsqz ad ꝙsumptionẽ succi z ī modum electuarij dant qõ satis laxat ꝓ inferioꝛa. Per duos annos põt seruari. Habet aũt virtutẽ ꝑncipaliter purgãdi flegma z viscosos humoꝛes. secũ dario colerã nigrã vel melancoliã. vñ valet ꝓ paralisim apoplexiã epilentiã colicã iliacam febꝛes quotidianas ex flegmate vitreo vl' naturali. sciaticis arteticis z podagricis subuenit. Attrahit enī maxime a remotis pꝛibus et purgat. Itẽ certis passionibꝰ ex flegmate medetur. non tñ ꝑ se solũ dat. purgat aũt ꝑ os et ventrẽ. Et vsus quidẽ ei⁹ est vt admisceat alijs rebꝰ z cõfectionibꝰ z ex dragma vna medicina acuat. Et q̃ electuariũ accipit nõ sup dormiat sed moueat sicut q̃ suscepit elleboꝛ. quoniã solet suffocationẽ inducere In iliaca passione ꝑcedat aliquod clistere mollituũ. z postea fiat aliud ex aq̃ malꝛum oleo z melle cũ dragmis ꝗnqz electuarij z misceat. z erit optimũ cõtra iliacã z ꝓ arteticã cyrogrã z podagrã. Itẽ berba ipa si haberi potꝛit ꝓterat aliquãtulũ et decocta in vino z oleo dolẽti suppolita strãguꝛie iliace z podagre subuenit. Ad mẽstruaꝓuocãda puluis electuarij ꝓficiat cuꝫ oleo muscelino vl' rosato z bombix intinctꝰ supponat. Ad apostemata frigida maturãda electuarij dragme ꝗnqz z farina ordei cõficiant cũ vitello oui z supponant. Ad apostemata rumpendũ sit optimũ ruptoꝛiuꝫ ex electuario z terebẽtina. Ad ỹmes auꝛis conficiat electuariũ in q̃ntitate granoꝝ ꝗnqz cũ modico aceto z modicũ infundatur tepidũ. Ad omnes dolorẽ stomachi ex frigida causa inungat ex ꝓfectõe electuarij z aceti. Ad lentigines faciei z ad oẽs superfluitates ei⁹ remouẽdas accipe ceruſam z camphoꝛã z electuariũ in quãtate illoꝝ duoꝝ z cõficias cũ aceto in modum vnguẽti. z pista in mortario plũbeo cum pistello plũbeo et ponat in vase vitreo p. xl. dies. et postea in ꝓdicto mortario cũ pistello eodẽ moueat addito aceto si duꝝ sit ex eo vngat facies. oẽm ei pannũ abstergit z lẽtigines.

¶ De diptano

Diptan⁹ qui alio noie dr fraxinella q; frõdes habꝫ ad modũ fraxini. Calid⁹ z siccus est in q̃rto gradu. Radix ẽ cuiusdaz berbe simili noie appellate q̃ in locis calidis lapidosis z siccis ꝑapue repit. Habet aũt ꝑcipue ipsa radix vtutẽ attrahẽdi ꝙsumẽdi et dissoluẽdi venenũ. Cõtra morsum venenatoꝝ aialiũ ipsa berba vel radix trita supponatur. Succꝰ etiã eius cũ vino dat⁹ puluis eius cũ succo mente cõficiat z supponat z potui detur. Isidoꝛ⁹ insup dicit q̃ est tante vtutis vt ferrũ a corpe extrahat. Vñ eius pabulo fere ꝑcusse eijciũt sagittas corpoꝛi infixas

¶ De endiuia

Endiuia que alio noie dicit scariola vl' lactuca agrestis frigida et sicca est in secundo gradu. Semina et folia competũt vsui medicine. Et folia etiam vsui ciboꝝ competunt sed radix nullã habet virtutem. Folia viridia maxime sunt efficacie sicca nullꝰ

Virtutē habet ꝓfortandi ⁊ alterādi. vñ cō-
tra opilationes splenis ⁊ epatis ex colerica
causa puentē valet. Cōtra tertianas du
plicē ⁊ simplicē ictericiā ⁊ calefactionē epa
tis ⁊ apostemata calida valz comesta elixa
vel cruda. Item syrup⁹ ex decoctiōe eius ⁊
zucharo valet ad idē. Itē succus ei⁹ vel sy-
rupus ei⁹ cū reubarbaro datus in quarta
vel sexta die materia existēte digesta valet
Item ꝓ calorē epatis ⁊ calida apostemata
valet herba ipa contrita ⁊ suppolita. Et ad
idē valet succ⁹ epithimat⁹ ⁊ si nō habeas
folia coque semen herbe tritum ⁊ pone loco
eius. Ellbert⁹ dicit q aqua endiuie cū ceru
sa ⁊ aceto est epithima mirabile ad infrigi
dandū quicqd debet infrigidari

¶ De enula

Enula non seritur
q semē non habet sz plantaī corō
na ei⁹ tota vl maiorꝑs ei⁹ de mē-
se octobris in terra pingui ⁊ alte fossa ⁊ bñ
subacta. Calida est in tertio. ⁊ humida i p̄-
mo gradu. Cui⁹ duplex est maneries .l. ro-
tulana ⁊ campana q̄ maioris est efficacie
ꝑm radices. Colligit in ꝓncipio estatis ra-
dix ⁊ sole siccaī ne humore corrumpaī. Ra
dix in medicinis potest poni ꝑ biennium et
trienniū potest seruari. Habet autē vtutez
lumendi ⁊ mūdificandi. Vñ valet ꝓtra ner
uos ex frigiditate indignatos. Contra do-
lorem spiritualiū ex frigida causa detur vi
num decoctōis eius ꝑm illud. Enula cam
pana reddit p̄cordia sana. Cōtra dolorem
stomachi ex frigida causa ⁊ cōtra ventosi-
tatem ⁊ cōtra tussim frigidā detur vinum
decoctionis ei⁹. Puluis eius cuz puluere
cinamomi delicatus soluit ventositatē spū
aliū. Herba tota decocta i vino ⁊ oleo ⁊ ca
thaplasmata dolorē spūalium iliacum co
licum ⁊ stranguriā soluit. Cōtra frigidum
asma detur farina ordei in qua coctus sit
puluis ei⁹. Itē nota q in enula est virt⁹ ru
bificatiua ⁊ absterſio pluma

¶ De epatica

Epatica frigida
et sicca est i primo gradu. Her-
ba est crescēs in aquosis et p̄ci-
pue lapidosis locis habēs folia multa ter-
re ac lapidib⁹ adherētia. Virtutē habz diu
reticā ex subtili substātia ⁊ infrigidatiuaz.
Vñ valet ꝓtra opilationē epatis ⁊ splenis
ex calida causa ⁊ ꝓ calorē epatis ⁊ ictericiā
et iō dicit epatica. Syrup⁹ ex aqua deco-
ctionis ei⁹ addito reubarbaro in fine deco
ctionis optim⁹ est cōtra ictericiā.

¶ De eruca

Eruca calida et
sicca est in q̄rto gradu. Domestica
maioris ē efficacie q̄z siluestris. se
mina p̄cipue cōpetunt medicine. secundo
folia. Virtutē habet cōsumēdi ⁊ coitū incī
tandi. Decocta cū carnib⁹ valet ad coituz
incitādū stranguriā ⁊ dissinteriā ⁊ parali
sim. Itē in vino cocta ⁊ rembus calbaplas-
mata libidinē incitat. pectini suppolita vi
nam ꝓuocat. Semē eruce ⁊ maxime silue-
stris facit virge erectionē ¶ De ebulo

Ebul⁹ est calid⁹ et
sicc⁹ in tertio gradu. Cortices radi-
cū ⁊ turiones p̄cipue cōpetūt me
dicine. Cortices radicū in vere colligunt et
siccāt ad solē ⁊ p̄anū seruant. Hz autē vtutē
dissoluēdi ⁊ ꝓsumēdi ⁊ purgādi flegma et
viscosos humores. Succ⁹ ei⁹ dat ⁊ purgat at
trahēdo supi⁹ ⁊ inferi⁹ anguſtiose. Vñ nō
dz dari nisi digesta materia ⁊ corpe fluxui
ꝓpato vt i alijs vomitiuis medicinis. valz
febri q̄tidiane diuturne tertiane ex colera
citrina ⁊ vitellina. Itē epatis opilationi et
ictericie colice ⁊ iliace ⁊ aquā lētofleuma-
ticor⁹ educit. Usus ei⁹ ē vt det succ⁹ ei⁹ ꝑse
vel i ei⁹ decoctiōe distēperet alia medicina
vl addat syrupo vl oximell laxatiuis vl co
quat cū melle ad cōsumptionē succi. Con-
tra tumorē extremitatū ⁊ ꝓ arteticā ⁊ lento
fleumaticā fiat balneū ex aq̄ salsa decoctō
nis radicū ⁊ turionū vl totius herbe.

¶ De feniculo

Feniculus scribitur de mẽse decẽbris ianuarij februarij et martij ⁊ toto tpe trãsplãtat. Calidus ⁊ siccꝰ est in secũdo gradu. Virtutem habet diureticã extenuãdi grossam vẽ tositatẽ. comestũ post prandiũ ꝓfert acidi eructuationibꝰ que fiũt ex indigestione. et hoc facit ex subtili substãtia et qualitatibꝰ suis. Semen eiꝰ folia ⁊ flores ⁊ cortices radicum vsui medicine cõpetunt. Semẽ colligitur in ꝓncipio autũni et seruat per tres annos. Cortices radicũ colliguñ in principio veris ⁊ seruañ p medium annum. Contra opilationẽ splenis epatis stranguriaz ⁊ dissinteriã. ⁊ vicii lapidis ex frigida causa detur ⁊ aqua decoctõis eius. Item feniculus coctus et comestꝰ valet cõtra predicta. Itẽ eadẽ aqua vel vinũ soluit dolorem stomachi ex frigiditate vel ventositate ⁊ digestionẽ cõfortat. Idẽ facit pulvis semis eius. Cõtra pannũ oculoꝝ ⁊ pruritũ succꝰ radicũ feniculi in vase ereo p. xx. dies ad solem ponat ⁊ more collirij oculis apponat. Cõtra pruritũ oculorũ certũ est experimẽtum. conficiat aloes optimũ cũ succo feniculi in vase eneo ad solẽ p. xx. dies. Deinde ponat in oculis more collirij

¶ De flamula

Flamula est calida ⁊ sicca in quarto gradu. Et dꝛ flamula qꝛ virtutẽ habet incensiuam. est enĩ similis vidalde in foliis et floribus sed habet flores aureos. viridis mꝛte est efficacie. sed exiccata nullius vꝛ modice. Ad cauteriũ sine igne faciendũ cõterat flamula ⁊ superpõat ⁊ dimittat p diẽ ⁊ postea inueniet cutis cõbusta. Ad apostema rumpendũ qñ versum est ad saniez et caput est durum conterat cum oleo ⁊ superponatur. oleũ ponit ad relaxationẽ ne flamula nimis exiccet

¶ De fumo terre

Fumus terre est herba nota sic dicta qꝛ generatur ex q̃dam grossa fumositate terre Calida est in ꝓmo gꝛdu. sicca in secũdo. Viridis. ⁊ sicca magne est efficacie. Principaliter purgat melancoliã. secũdo flegma salsum ⁊ colerã adustã ⁊ est diuretica. Cõtra scabiem accipe vncias duas succi eius addito zucharo fiat syrupus ⁊ cuz aqua calida detur vel addañ semina feniculi. Item fiat hoc vnguentũ in oleo nucũ ⁊ ponatur puluis fuliginis subtilis ⁊ conficiat addito aceto ⁊ succo fumi terre in maiore q̃ntitate q̃z de alijs ⁊ inungat patiens i balneo optimũ est Et nota qꝛ succꝰ eiꝰ det ter ĩ semana vt diximꝰ optime purgat humores inducẽtes scabiẽ. Itẽ herba fumi terre i vino cocta ⁊ posita sup locũ podagricum multum valet

¶ De fungis

Fungi quidã boni sũt q̃dã moꝛiferi. Boni sũt rotũdi ad modũ pilei in ꝓncipio veris apparẽt ⁊ in maio deficiũt. nunq̃z enĩ tales aliquẽ interfecerũt aut multũ leserũt subito. sed iñ omẽs malũ generãt nutrimẽtuz Moꝛiferi aũt sunt q̃ nascuñ iuxta ferrũ eruginosum. Alij aũt sunt moꝛiferi licz ñ statiz interficiãt. sulli q̃ nascuñ iuxta alias res putridas aut iuxta habitatiõnẽ alicuiꝰ reptilis venenosi. aut iuxta qualdã species arboꝛes que in ꝓpietate habẽt fungos corꝛumpere sicut est oliua. Signũ autem moꝛiferi fungi est q̃ in superficie eius est q̃dam humiditas viscosa et corꝛupta ⁊ q̃ cito alteratur et corꝛumpit inter manus colligentium fungos. In nostris autẽ habitationibus inuenit fungꝰ qui latꝰ est ⁊ spissꝰ. aliquid rubeus habens in superficie et in illo rubore habz mꝛtas ampullas elevatas quaz q̃dã sunt fracte q̃dã nõ ⁊ ille moꝛtal est ⁊ statim interficiẽs. Et vocatur fungus muscarum eo q̃ in lacte pulverisatus interficit muscas.

De fenugreco

Fenugrecum calidum est ⁊ siccū ⁊ habet substantiam glutinosam. vñ virtutem habet maturādi ⁊ laxandi. Et apostemata exterius maturāda farina fenugreci cū vitello oui conficiat ⁊ supponat. maturat enī ⁊ extenuat. Ad maturandū ⁊ rumpendū cōficiatur cū terebentina ⁊ supponat. herba etiā cocta in oleo superponat ad maturandum. Ad apostemata spiritualiū fenugreci farina in sacculo posita ⁊ decocta i aqua cum maluisco ponat desuper. Ad apostemata stomachi ⁊ intestinoꝝ ex farina fenugreci et aqua predicta fiant pultes ⁊ superponantur

De gabulis

Gabulij sūt de natura cauliū et habent folia formā caulium donec clausa fuerint sed postq̄z clausa sunt folia ipsoꝝ fiunt quasi alba et grossa sicut tunice ceparū et crispa. Aerem desiderant frigiduz. nā in aere calido vel temperato nō claudūtur sz apta remanent sicut caules. Terrā vo desiderant qualē caules ex eis fiūt cōposita sicut ex rapis. Itē seminant vt caules

De gramine

Graminis virtus est stiptica ⁊ vulnerū cōglutinatiua. ventris cōstrictiua. vulneꝝ renum ⁊ vesice sanatiua. ⁊ doloriſ splenis mitigatiua. Et eius succus potui datus sua proprietate lumbricos occidit. banc herbā nosciunt canes ⁊ eā comedunt qñ se purgare volūt. vt dicit Plinius

De gralega

Gralega dicitur i pinguare terram si viridis vertatur in ea. Item dicitur q̄ semē eiꝰ mirabiliter facit ouare gallinas et ♄ a quibusdā est expertū

De gentiana

Gentiana est radix cuiusdam herbe simili nomine appellate. Cuius sola radix est medicinalis. In fine veris colligitur et exiccata per tres annos seruatur. Nascit autez frequentius in montibus et locis vmbrosis et humidis. Calida et sicca est in tertio gradu. Virtutem habet consumendi dissoluēdi et aperiendi. vnde diuretica est. Contra antiquū asma detur pulus eius cum vino addita aqua ordei. Succus radicis eiꝰ abstergit morpheam et sanat plagas et vlcera corrosiua. bibita etiam multū euz qui cecidit ex alto et collisus est iuuat. Et vltima medicina est contra morsum scorpionis ⁊ vermiū venenatoꝝ et canis rabidi si bibunt ex ea cū vino due vncie

De gariofilata

Gariofilata similis ē nouellis foliis rubi seu flaponibus et eius radix redolet ⁊ folia. Calida et sicca in secundo gradu Recens maiorꝝ est efficacie q̄z exiccata et seruatur per annū. Virtutem habet dissoluēdi consumendi et aperiendi. Et dicitur gariofilata quia odorem habet similem gariofilis p̄m saporem et effectum. Contra cardiacam passionem in aqua marina ⁊ oleo cocta parti anteriori et posteriori superponatur. Ad digestionem confortandā ⁊ dolorem stomachi et intestinoꝝ ex frigiditate vel ventositate detur vinum decoctionis eius

De humulo

Humulus. id est. bliatrigo. flos eius ꝓpter siccitatez suā maximaz seruatur plongissimum tempꝰ in virtute sua ita q̄ vulgaris opinio est q̄ nunq̄z putrescit et ē acuti odoris ⁊ fortis. Et est calidꝰ ⁊ siccꝰ dissolutiuꝰ viscositatuz ⁊ inspissatiuꝰ et cōseruat a putredine liquores q̄bus admisceꝫ

De iusquiamo

IVsquiamus est frigidus in tertio gradu. Semē est cuiusdaz herbe que cassilago vocat̄ siue dens caballin⁹. Seminū autez triplex est diuersitas. Est enī albū rubeū et nigrū, album ⁊ rubeū competūt medicine nigrū vero est mortale. Nota q̄ si iusquiamus debet recipi p os interius ponenduz est semen si exterius herba. Et semen maioris est efficacie. Virtutē habet emoiboicā id est, somniferā ⁊ cōstringendi ⁊ mortificandi. Ad somnū puocandū in acuta egritudine fiat fomentū ex aqua decoctionis herbe eius circa frontem tempora ⁊ pedes. Fiat etiā ablutio, postea fiat ℈ emplastruz puluis seminis subtilis cū albumine ouī ⁊ lacte mulieris puellā nutrientis ⁊ modico aceto ⁊ fronti ⁊ tempor⁹ apponat̄. Itē ad lacrimas cōstringendas fiat idem emplastrū. Contra dissinteriā fiat emplastruz ex ipsa herba ⁊ supponat̄, dolorem enī tollit. Contra dolorē dentiū semina super carbones ponant̄ ⁊ patiens fumū p os recipiat ⁊ teneat supra aquā ⁊ apparebūt quasi vermes supnatātes. Semen suppositū denti in causa calida dolorē tollit. Et nota q̄ per decē annos seruari potest

De Isopo

IHop⁹ est calidus et siccus in tertio gradu, virtutez habet ℈m flores ⁊ folia nō ℈m radices diureticā dissoluendi cōsumēdi ⁊ attrahendi. Cōtra frigidā tussim valet vinū decoctionis eius ⁊ ficuū siccaz. Itē vinuz decoctionis eius et seminū feniculi dolorē stomachi ⁊ intestinoz tollit. Fomentuz factum ex aqua decoctionis ei⁹ matricē a superfluitatib⁹ mūdificat ⁊ abstergit. Idē facit suppositoriū ex puluere eius ⁊ oleo mulcelino, puluis ei⁹ vel ipsa herba in testa calefacta ⁊ superpolita capiti p se vel ī saccello valet contra frigidū catarrū et casū vue. Contra vuā fiat gargarismus ex aceto decoctionis eius. Item ipsa herba in vino decocta ⁊ cataplasmata dolorē tollit ex ventositate

De Irincijs

IRincij et salunca eadē est herba multū spinosa, de quoz radicib⁹ fit zinziberatū ℈ modo in duab⁹ libris mellis ⁊ vna irincio rum mundatoz vel pastinate ponat̄ uncia vna ⁊ dimidia vel due zinziberis vt̄ medietas piperis tantū. hoc modo lauentur irincij ⁊ abijciatur lignū qđ est interius. Deinde optime coquant̄ vel prius coquātur ⁊ postea abijciat̄ lignū. Deinde minutatim incidant̄ ⁊ posito melle ad ignez ⁊ optime despumato ponant̄ in eo irincij ⁊ zinziber siue piper ⁊ vsqz ad spissitudinē ꝑgruā bulliant ⁊ si in fine decoctōis addat̄ puluis seminis eruce ⁊ pineī erit optimū ad coitū ⁊ membri erectionem

Beiaro

IArus q̄ alio nomine dicat̄ barba aron vel pes vituli, calidus et siccus est in secundo gradu. In locis siccis et humidis montuosis ⁊ planis inuenit̄ in hyeme et estate magnā habet efficaciā. Sed folia maiorem ℈m radices maximā. ℈m quasdā tuberositates que colligūtur scinduntˇ ⁊ desiccant̄. Virtutē habet dissoluēdi relaxandi ⁊ extenuandi. Contra tumorē auriū ipsa herba decoquatur cū tuberositatibus in vino et oleo addito cimino, et fiat emplastrū ⁊ auribus supponat̄. Cōtra frigida apostemata ipsa herba tota cū tuberositate ⁊ anxungia veteriterat̄, ⁊ postmodū in testa calefacta supponat̄. Cōtra scropbulas nouellas herba ipsa cū anxungia veteri ⁊ squilla vt̄ anxungia vsina si potest haberi teratur et superponatur et liberabitur si recentes fuerint. Ad facie depurandā et cutē subtiliandaz ex tuberositatib⁹ desiccatis fiat puluis subtilis, ⁊ cum aqua rosata conficiatur et ponatur ad solē donec tota aq̄ cōsumatur

ꝛ ita fiat ter vel quater vel amplius ex illo puluere solo vel cū aqua rosarū facies illiniatur ꝛ plus depurat q̄z ipa cerusa. Item solus puluis eius carnē supfluā comodit

¶ De Iri

IRis siue ireos vel gladiol⁹ cui⁹ folia sunt silia ensi cū flonb⁹ purpureis vel albis. nā iris purpureū habet florē. ireos hz album ꝛ sunt eiusdē virtutis. Radice tantuz primur in medicinis. In fine veris colligitur ꝛ siccat ꝛ p duos annos seruat. Calida ꝛ sicca est in secūdo gradu. Virtutē habet diureticam vñ dissoluit ꝛ aperit ꝓ viciū splūm ꝛ cōtra opilationē splenis epatis renum ꝛ vesice ꝛ cōtra dolorē ex ventositate vinū decoctiōis ireos iuuat. puluis ei⁹ leuiter supfluā comodit carnē. Ad pannum oculorum fiat collirium ex puluere eius ꝛ aqua rosacea

¶ De liquiricia

LIquiricia est radix cuiusdā herbe q̄ desiderat terram bene solutā ꝛ p̄cipue sabulū vt in eo facile crescat ꝛ multas p̄ducat radices que si plantat facilime cōprehēdit. ꝛ circa se multū pullulat ꝛ forte si basta eius adhuc tenera flectat ad terrā ꝛ operiat. cōuertetur in radicē sicut accidit in menta et ruta ꝛ gramine. Calida est ꝛ humida temperate. Eligēda est nō nimis grossa nec mltum tenuis. interi⁹ crocea non puluerisabilis. nigra vero ꝛ alba est abijciēda. Succus eius est eiusdē efficacie et etiā fortioris qui hoc modo fit. cū viridis est bene cōteratur ꝛ in aqua buliat ꝛ decoquatur vsq; ad cōsumptionez fere. postea exprimatur. Valet contra omnia vicia pectoris decoctio eius in aqua. et cōtra peripleumoniā et pleuresim. Item vinū decoctionis ei⁹ valet contra tussim. Addidē valet electuariuz confectū ex succo liquiricie ꝛ melle. Item liquiricia masticata ꝛ sub lingua retēta sitim ꝛ asperitatē lingue ꝛ gutturis mitigat

¶ De lingua arietis

LIngua arietis que plantago vocat frigida et sicca est. Folia eius sicca consolidant optime pulnera ꝛ ulcera. et ad ℔ nihil est melius ea. vt dicit Dyascorides. Et mirabile videt q; si bibatur succ⁹ trium radicum eius trib⁹ uncijs vini aliquando curat tertianā. Et si quattuor radicū succ⁹ cū quattuor uncijs vini bibat aliquando curat quartanā. Item dicit Dyascorides q; sanat vulnera canis rabidi. idropicos iuuat. veneno repugnat. Eius succ⁹ lumbricos necat ꝛ vehementer solutionē ventris mitigat. menstrua cōstringit. et tumores apostematū in principio repercutit et dissipat gingiuas tumidas ꝛ sanguineas reprimit ꝛ sanat

¶ De lilio

LIliuz plantatur de mense octobris ꝛ nouembris in terra pingui ꝛ bene subacta. nā accipiūtur spici siue bulli eius viridis vel sicci. ꝛ ponunt p vnā spannā vel vnum pedem qđ est melius separati sicut fit de alleis. Item dicit Aristoteles q; si basta lilij q̄n nondū apertuz est semen vel flos eius flectatur in terrā. ita q; cepa non eradicetur ꝛ cooperiatur terra infra paucos dies emittet in quolibet nodo baste cepā paruulaz. sicut sunt bulli eius. Calidū est ꝛ humiduz. Aliud est domesticū aliud siluestre. sed siluestre aliud gerit florem purpureū quod est efficacius. aliud est habens croceū Domesticū autē cum anxungia veteri tritum vel cum oleo coctū ꝛ superpositū frigiduz apostema maturat Contra splenis duricie radix lilij in multa quantitate cū bꝛaca vsina et radice enisci ponat in vino ꝛ oleo per decē dies ꝛ postea colet addita cera et oleo fiat ynguentū. Ad faciem colorandaz accipe tuberositates radicis lilij agrestis et sicca et puluerē inde fac ꝛ distempera cū aqua rosarum et deliccetur quo facto ter ꝛ

quater illū puluerē solū ⁊ cū aqua rosacea confectū ducas sup faciē. Itē abluēdo mū dabit faciē ⁊ remouebit p̄ tractionē rugarū Itē dicit Byascoudes q̄ folia eiꝰ decocta ⁊ impōsita valēt ad loca cōbusta. Idē facit radix eiꝰ si trita cū oleo apponat̄ q̄a virtus eiꝰ mitigatiua est Itē educit purgationem menstrualē q̄a est aptiua ⁊ est tumoris re pressiua, ⁊ ideo valet ꝯ apostema ex vento sitate si radix eiꝰ trita cū oleo sepiꝰ apponat̄ Plinius aūt dicit q̄ cepe cuz vino sanant ictus serpentū ⁊ fungoz maliciā ⁊ venenū decocte in vino ⁊ oleo admixte clauos pe dum ⁊ nodos soluūt pilosq3 locis adustis reddūt. In vino enā cocte addito melle ve nis prescisis subuenīūt. folia ipsiꝰ cocta in vino vulnera sanāt. Ex floribꝰ eiꝰ fit oleuz et aqua sicut ex rosis, ⁊ est fere eiusdē vtutis cū oleo ⁊ aqua rosar

¶ De lingua canis

Lingua canis ca/

lida est ⁊ humida in primo gra du. Folia habet pua et acuta. lin gue canis similia. viridis mīte est efficacie exiccata nullius. Virtutē habet incitandi libidinē ⁊ humectandi. Herba ista cuz car nibus cocta vel cū oleo cocta vel sanguine libidinē incitat. valet etiam decocta addito zucharo cōsumptis. Cōtra siccitatē pectoris dē aqua decoctōis ipsiꝰ ⁊ addito dra ganto magis valet

¶ De lapacio

Lapacium. id est.

acetosa vel rumese calida et sicca est in tertiō gradu vel secūdo ꝑm Auicennā. Est aūt lapaciū triplex. s. acutū acuta habēs folia ⁊ ꝑ efficaciꝰ est. Et est la pacium domesticū lata habēs folia et ma gis competit vsui. Itē est rotundū rotūda habēs folia. Virtutē habet dissoluēdi et re laxandi apiendi ⁊ extenuādi. Cōtra scabiē succꝰ lapacij acuti et oleū muscelinū et pix liquida simul buliāt. postea colet ⁊ colatu re addatur pulis tartari et fuliginiſ ⁊ fiat vnguentū quod satis competēs est scabio sis. Auicen. dicit q̄ radix cū aceto cocta cō fert scabiei ulcerose ⁊ impetigini. et eius de coctio cū aqua calida p̄ruritui cōfert ⁊ sibi ipsamet in balneo est optima. Cōtra impe tiginē et serpiginez fiat decoctio succi lapa cij cum puluere auripigmenti. Ad aposte ma maturandū lapaciū rotundū tritum ⁊ in oleo decoctū vel cuz anxungia superpo natur. ad rumpendū eodē modo superpo natur acutū. Urinā puocat in multa q̄ntitate. Aqua vel vinū decoctōnis eiꝰ soluit opilationē splenis ⁊ epatis. Cōtra scropbu las nouellas fiat emplastrū ex lapacio acu to ⁊ anxungia simul tritis Cōtra lūbricos valet succꝰ eius datus cum melle. Contra flegma abundās in cerebro succꝰ eius cū succo rute in modica quātitate naribꝰ in iiciatur in aere calido vel in balneo. Item lapacium crudū vel cocti cōmestuz valet scabiosis

¶ De lactuca

Lactuca seri et trās

plantari potest fere toto tpe annī terra pingui subacta p se ⁊ mixtum cum alijs herbis. Et que sata fuerit i autū no uiliter plantat̄ mēse decembris circa are as aliaz herbaz que tunc serunt̄. ipsa ei nō timet gelu sed roborat̄ ex eo. et erit bona pꝰ hyemē cū alijs herbis quouisq3 semen pdu cet. Sed que sunt de natura paruarū non transplātant̄. Que vero sunt ex magnis q̄ romane dicunt̄ que habēt alba semia trās plantari debēt vt crescāt et dulcedinem ha beant. multū iuuant̄ irrigatōe tēpe siccita tis. Lactuca frigida est ⁊ humida tempate Alij dicunt q̄ est calida et humida tempa te et ideo est melioz alijs herbis ⁊ tempera tissima respectu aliaz herbaz. Sanguinē bonū generat et copiaz lactis q̄ si nō lauet aqua melioz est. Lactuca enī cito digerit et urinā puocat. ⁊ extinguit colerā ⁊ ebulitio nem sanguinis refrigerat ⁊ somnuz indu cit. Item valet ꝯ calidū apostema. Capitis dolorē de colera rubea seu sanguine facū

amputat catbaplasmata. ſz cocta plus q̄z cruda fit vſui ꝓuenīēs quia eius lac calore ignis minuit ꝑ qđ somnuz erat inducēs. ſz colericis tā cruda q̄z cocta cōpetit. Jn exordio suo fit vtilioꝛ stomacho ꝛ ad augmentandū lac mulieris vel ſperma viri cōuenientioꝛ. ſed cū iudurat ꝛ copiā lactis nō baꝫbuerit ei⁹ humiditas minuit ꝛ fit amari saporis. vñ fit apertiua sanguinē tñ pessimū generat. idcirco ea assuescentib⁹ fit nociua quia tenebꝛositatez oculis facit. ſpermatis materiā corrūpit. ſed cuz est adhuc tenera valet multū in febꝛib⁹ elixata vel cruda. Jn aceto cocta addito croco soluit opilationē ſplenis ꝛ epatis. ad ꝓuocādum somnum semen ꝓficiat cū lacte mulieris puellaz nutrientis ꝛ cū albumine oui ꝛ fiat emplastꝛ sup tempoꝛa. Jtē puluis seminis ei⁹ cuz lacte somnū ꝓuocat. Jdē facit febꝛicitātibus datus cū aqua calida. Cōtra caliduz apostema cōficiat cū rosa ꝛ supponatur ꝛ destruit ipsum. Jtē catbaplasma frondiū ipsius babentib⁹ erisipilā subuenit. Jtem semen eius datū in potu ſepe pollutionē patienti celeriter succurrit. Jtē est quedā speꝫcies lactuce agrestis q̄ longioꝛa ꝛ stricioꝛra babet folia subtilioꝛa ꝛ asperioꝛa ꝛ minus viridia. et bec est amara ꝛ est maioꝛis caliditatis ꝛ siccitatis q̄z domestica. Jtē dicit Plini⁹ q̄ est spēs quedā lactuce spōte nascētis quā capꝛinā quidā vocāt quapiecta in mari ꝓtinus necant pisces qui sunt i circuitu vicini. Jtē est quedā species lactuce que nascit in aruis cui⁹ folia trita cū polenta cōferunt viscerib⁹. et bāc greci vocāt y'tion. Jtē est alia species que crescit in siluis quaz vocant scaucon alias scaricion. cui⁹ folia trita cū polenta vulneribus prosunt. sanguinē stringūt ꝛ putrescentia vulnera sanāt. Est ꝛ alia spēs lactuce babens rotunda folia ꝛ bꝛevia quā multi baciam vocāt cui⁹ succū accipiures scalpēdo terrā berbā extrabunt ꝛ intingētes oculos discutiunt obscuritatē ꝛ caliginē cum senescunt cui⁹ berbe succ⁹ sanat omnia vicia oculoꝛum ꝛ maxime quando ei lac mulieris admiscetur. Serpentū morsib⁹ et scoꝛpionū ictibus medet si succ⁹ eius cū vino potet ꝛ folia trita sup vuln⁹ emplastrent. omnem eni inflationē discutit ꝛ cōpescit

¶ De lentisco

Lentisc⁹ calide et sicce cōplexionis est. Virtutē babet cōsolidandi ꝛ ꝓstringēdi. Cōtra fluxū menstruoꝛ ꝛ dissinteriā ꝛ vomitum ex debilitate virtutis ꝓtentue fasciculi facti parui cū foliis decoquātur in aceto ꝛ pectini ꝛ renib⁹ catbaplasma factū superponatur ꝑ vomitū super furculā pectoris. Illius vsus cōtra ꝓdicta teneruates lentisci buliant vsq̄z ad aceti cōsumptionē. Deinde siccet ꝛ fiat inde puluis ꝛ det in cibis et potibus. Contra vlcerationē virge puluis factus ex foliis eius sup testā calidā desiccatis ꝛ puluerisatis. vlcera cōsolidat ꝛ sanat em cōsumit sed nō debet poni nisi quādo est sanies. Cōtra vlcerationē oris et lingue et labioꝛum in febꝛe acuta fiat decoctio foliorum eius in aceto et patiens sepe gargariset

¶ De laureola

Laureola est berba multū laxatiua calida ꝛ sicca in quarto gradu. Cui⁹ fructus siue semē est rotundū subꝛufum ad q̄ntitatem piperis qđ dicat cocogridiū l' cocogridiū. qđ est adhuc magis laxatiuū q̄z laureola. ꝛ tamē ipsa est multū laxatiua. Et purgat flegma ꝛ viscosos humoꝛes ꝓncipaliter a remotis ꝓtib⁹ ꝛ iuncturis membroꝛ. secūdario melancoliā. vñ valet sciaticis artetici⁹ ꝛ podagricis. Jtē ꝑ apoplexiā ꝛ paralisim. Vsus eni ei⁹ est cū aliis medicinis scz i oximelle iuliani ꝛ similib⁹. Dat etiā in apozimatib⁹. p se vo non dat quoniā habz naturā vlcerandi intestina ex nimio suo acumine. Dit tñ p se vti volum⁹ decoctionē ei⁹ damus addito gūmi arabico ꝛ mastice vt malicia ei⁹ repmat. Nō est dāda nisi eis q̄ difficiles sunt ad soluendum et carnosum ventrem et intestina babentib⁹. Et eiusdez

virtutis est semen eius

¶ De lappa

Lappa est herba que habet in summitatib⁹ capitella vestib⁹ valde adherēta. Lappe sunt multe species omnes medicinales Dā plini⁹ dicit q̄ ictibus scorpionū medē tur. nec feriunt hominē si inunctus fuerit succo ei⁹. Decoctio radicis eius cōfirmat dentes si tepida in ore teneat semen ei⁹ mlta vicia stomachi curat. reiicientibus san guinem pdest. dissinterie subuenit. nam radix ei⁹ cum vino sistit et folia adiecto sale soluunt

¶ De leuistico

setur nobilior et magis ceteris necessarius
tam regib⁹ q alijs p̄cipibus tp̄e belloꝝ q
pacis q̄s plat̄is eccl̄iaꝝ q p̄ consequens ce
teris dicā primo de ipsis pleni⁹. De ceteris
sub compēdio q̄bus multa de genere eq̄ꝝ
dicta poterunt adaptari ꝓpter affinitatem
nature ipsoꝝ

¶ De etate equoꝝ et equaꝝ

Reges equoꝝ
q equarū q̄ habere voluerit p̄mū
vt ait varro spectare oportet eta
tem. Uideat ne sint minores triū annoꝝ
maiores decē annoꝝ. Etas cognoscit eq̄ꝝ
q fere omniū que vngulas indiuisas bñt q
etiam cornuta sunt vt idem ait. q s. mi⁹ iter
Palladi⁹ q equ⁹ in. xxx. mensibus primū
dentes medios dicit amittere duos supio
res q totidē inferiores. Incipiētes quartū
agere annū ejiciunt totidē primos. q p̄mis
ejectis totidē renascunt. Quinto anno in
cipiente amittūt sūr quattuor. s. duos supe
riores q duos inferiores p̄dictis primos.
qui renascētes sexto anno impleri incipiūt
Septimo habere oēs solēt renatos q com
pletos. Cū autē sunt maiores cuius etatis
sint intelligi negāt posse p̄terq̄ cū dentes
sint facti brochi. id ē. plicati. q supercilia ca
na q sub eis lacus. i. ꝓcauitas. qō cū apparu
erit dicit habere. xvj. annos. Uir autē prū
dens q exptus nostris tp̄ib⁹ ait q equ⁹ ha
bet. xij. dentes. s. sex supiores et sex inferiores
qui oēs sunt anteriores cū q̄bus cognoscū
tur etates q tpa equoꝝ. Deinde habēt sca
lones q post illos habent molares. Et po
test esse q quidā equi plures habēt et tunc
dentes sunt dupli. Et potest esse q equ⁹ eji
ciat ex his aliquos et ampli⁹ nō renascan
tur. q non nocet equo nisi ad pascendum.
quoniā ipsi p dentes anteriores pascūtur.
q ideo erit minoris p̄cij. et masticare equo
rum est p dētes molares. Dentes aūt p̄mi
quos ipi mutāt sunt duo inferiores q duo
superiores qui vocātur primus morsus. q
tunc vocatur pullus primi morsus. quod
quidez fieri dicit secundo anno. Et postea
mutat alios quattuor dentes p̄imos scz
duos superiores et duos inferiores q vo
cantur medij q secūdus morsus. q tunc vo
catur pullus secundi morsus. Deinde mu
tat alios quattuor scz duos supiores q du
os inferiores qui vocātur quadrati et ter
tius morsus. et tunc vocat equus et habet
tres annos. Et quando pullus nascit cuz
ranchis nascitur. et postea nascūtur scalo
nes. Et quandoq illi scalones nascuntur
nimis longi adeo q equū impediūt anno:
nam molere q impinguari. propter quod
mariscalchi scalones resecant. Et quādo
pullus fact⁹ est equus dentes ei⁹ fiunt tra
riores. q capita dentiū fiunt nigra q elongā
tur q p aliquos annos stabūt caui. Et cum
incipit senescere color dentiū reuertitur ad
albedinē q transit ad calorez mellis et post
hoc fiunt albi vt color pulueris q fiunt lon
giores. Sed ipsa dentiuz longitudo est ali
quando p naturā absq; senectute ꝓpt quā
causam resecant senib⁹ dentes vt iuuenes
esse credantur

¶ De forma bonarum equarum et admissuris qualiter teneri q ad mitti debent

Formā esse opor
tet vt ait Uarro magnitudie me
dia q nec pallas nec minutas de
cet esse equas clunibus ac ventrib⁹ latis.
Equos quos propter admissurā velis ha
bere legere oportet amplo corpe formosos
nulla parte corporis incongruos. Equinū
pecus pascendum in pratis potissimū her
ba. in stabulis ac p̄lepib⁹ ardo feno. Cū
pepererint ordeo adiecto bis in die aqua
data. Horum feture initium admissionis
facere oportet ab equinoctio verno ad sol
sticium vt partus idoneo tempore fiat sci
licet multarum herbaruz vt mater habeat
abundantiam lactis. Ex hoc enī corpus et
membra pulli grandiora fiēt. Duodecimo
enim mēse die decimo nascuntur vt nosca
tur. Que post ipsum tp̄s nascunt inutilia

existunt. Admittere oportet cum tempus anni aduenerit bis in die scz mane z vespere sed alternis diebus equa alligata celeritus admittūtur ne equi frustra cupiditate impulsi semē eiciant. Quoad satis sit admitti ipse significant q se defendant. Si fastidium saliendi est squille mediū p̄erunt cum aqua ad mellis spissitudinē. et naturam eque cū ea re tangunt. z postea cū eadem nares equi. Sciendū etiā q equus debet gigni a scallione quē guaragnuz vocamus vulgariter diligenter custodito parū vel nihil equitato z cū minori labore q̄z poterit. quia quāto magis cōcupiuerit equā tanto plus z completi⁹ sperma emittet. et maior in ventre matris gignetur pullus. Amplius mater cū fuerit pregnans nō nimis pinguis nec nimis macra existat. sed medium teneat quia ex nimia pinguedine intrinseca locus pulli artatur vt corpus et membra eius sufficiēter dilatari non possint. Nimis macra autē non potest sufficiens nutrimentū filio ministrare. quapp̄ter macilentus z debilis nascitur. Iterū vt ait Palladius equa pregnās non vigeat nec famem friguſq; toleret nec inter se locis cōprimantur angustiis. Itē equas generosas z q̄ masculos nutriunt alternis annis submittere debemus. vt pullis copiā puri lacis infundant. Cetere passim replēde sunt Item dicit q admissarius quinq; annorū ad minus esse debet sed femina recte bima concipiet que si decennū excedat uteris ex ea nascetur soboles. Iterū scribit Varro q equas p̄gnantes cauere oportz ne laborēt plusculum. neq; frigidis sint locis eo q algor maxime pregnātibus obest. ideoq; in stabulis humū ab humore p̄hiberi oportz Clausaq; habeant hostia ac fenestras. z in p̄sepibus inter singulas ponātur longarij. id est. longa ligna. que eas discernant ne inter se pugnare possint. Item dicit. pregnantem neq; implere cibo neq; esurire oportet

¶ De natiuitate equi et qualiter teneri et admitti debet

Cum pullꝰ nasci
c tur vtile est q nascat in loco petroso z montuoso eo q ex loco petroso z duro nāt vngule duriores. Ex loco mōtuoso fiunt crura meliora p̄pter exercitiuz eundi superius z deorsum. Natus pullus p bona pascua matrē sequatur duobꝰ annis non amplius eo q tunc naturaliter incipit se habere ad cursū. Et volens matrē vel aliam equā ascendere z ascendens deteriorareꝰ z de facili posset in aliqua p̄te ledi. Verum si sine matre ac ceteris equabꝰ stare vsq; ad triennū posset in pascuis plurimū sibi conferret ad crurū z totius personē salutē. Quinq; mensiū pullis factis cū reuertuntur ad stabulū dandā farinaz ordeaceam mollitā cū furfuribꝰ. et si quid aliud terra natū libēter edent. vt ait Varro. Funiculis iā factis dandū ordeū et furfures donec erūt lactantes. nec priꝰ biennio sunt remouendi a lacte donecq; stant cum matribꝰ interdū tangendi sunt manibꝰ ne cū seiuncti erūt terreant. Eadēq; causa ibi frenos suspendendos dicit vt consuescant hominum videre facies z frenorū audire strepitus

¶ De captione et domatione equū

Cum pullꝰ est du
c orū annorū laqueari debet sua uicē cū laqueo grosso z forti ō lana cōposito eo q lana p̄pter suā molliciem ad ꝑabilior est lino vel canabo. Debet autē laqueari recēti vel nubilo tpe. nā si tpe calido insueta captione nimiū laboraret posset facile ledi. Ipso aūt capto et laqueato ad societatē cuiusdā equi domiti cōducat. cum ipso eni salubꝰ cōducet quia similia similibus gaudent. Varro autē dicit meliores fieri equum qui triennio completo domatur. a quo tempore dari farrago. id est. farina solet. que p̄pter purgatiōnem equino pecori maxime necessaria est quod diebus decem fieri debet. nec pati vllum alium cibuz gustare. Ab vndecimo vō die vsq; ad

103.

quartū decimū ⁊ decē diebus vltra dandū ordeū quotidie minutatim. Deinde mediocriter extergendū ⁊ extrabendū ⁊ cum suauerit oleo pungendus. Si frigus fuerit faciēdus in stabulo ignis erit. Ad domandum binis retinis de forti corio et humili plepio alligēt ne ꝓpter suā feuiciaꝫ fractis retinis lesat in crurib⁹ vel in alia sui parte Et donec in sua plseuerauerit feuicia semp sui similis domitu societatē obtineat ⁊ cum manu sepe tangat leniter ⁊ suaue nec vnq̄ꝫ cum eo grauiter indigneť domās ne ob indignationē vicū aliq̄ sibi assumat ꝫ eum cum magna plseuerātia lenitatis mās ueſaciat donec mās uet⁹ efficiat vt decet ⁊ pedes leuari ⁊ pcuti patiat ad modū ferrādi. Imponēdus est ēā sup eū bis in die puer aut ter aut pluries interdus ꝓnus cum ventre postea sedens

De custodia equorum

Equo talis prebeatur custodia. Capistrū factū de corio forti ⁊ humili primo in equi capite imponat ⁊ binis retinis alligēt plepio vt superi⁹ est expressum ⁊ eius pedes anteriores pedica de lana facta vinculent, ⁊ vni pedū posterior alligēt ne ante ire aliquo modo possit. qđ quidē fit pro sanitate cruriū cōseruanda. Loc⁹ ꝑterea vbi equus morat bene mūdus existat in die. nocte vo fiat eidez lectus de palea vel grossiori feno vsq̄ꝫ ad genua p quiete summo mane ī de tollatur ⁊ tergat eius dorsum ⁊ crura ⁊ omnia membra equi decēti tergorio Deinde p potu ducat ad aquaꝫ paruo passu. teneat autē equus tā in mane q̄ꝫ i sero vsq̄ꝫ ad genua vel paulo supra spacio triū horarū in aqua dulci frigida l' marina eo q̄ tales aq̄ naturaliter equi crura desiccant. vel ꝓpter frigiditatē dulcis vel siccitatē marine coartando humores descēdentes ad crura qui sūt egritudinū cause. Postea vo cū equ⁹ redit ad stabulū illud nō intret vllo modo donec eius crura tergāt ⁊ siccent ab aqua quia fumositas stabuli ex sua caliditate solet adducere gallas ⁊ malos humores cruribus madefactis. Est enim vile valde q̄ equus assidue comedat in terra iuxta pedes anteriores vt pir possit prebendā et fenum ore capere ita q̄ collum cogat extendere pro cibo sumendo. quia ex hoc collus efficitur gracilius ⁊ vilius et pulcrius ad videndus et crura maius suscipiunt incrementum. Item comedat equus iuuenis fenum herbā ordeum auenā speltam et similia Nam fenū et herba propter humiditatem ipsorū ventrē et corpus totum dilatant ⁊ augent. Cū vero fuerit in completa etate. comedat etiā palea s ordei ex quibus non superflue impinguatur. sed in competentibus carnibus retinetur. et sic potest securius fatigari. Maz equus esse debet nec nimis pinguis nec nimis macer sed mediocris inter ea. Si enim fuerit nimis pinguis humores superflui facile ad crura descendunt ⁊ egritudines creant que solent in eq̄rum cruribus euenire et precipue accidūt eis facile cum subito aliquibus laboribus vexantur. Ex nimia vero macie deficiūt vires eius ⁊ redditur turpior ad videndum. Equus preterea perfecte etatis in veris tēpore circa mensem herbas soluz comedat ad purgandum. non foris sed sub tecto pmanens grosso tegimine laneo cooperatus ne ex frigiditate herbarum infrigidetur pl' morbos graviores incurrat. Aqua preterea pro potu equi aliquantulum salita sit suauiter currens vel parum turbata eo q̄ tales aque sunt calide et grosse. Ideoq̄ꝫ nutribiliores ⁊ magis congrue sunt equoruz corporibus. Nam quanto aqua frigidior et velocior est in motu tanto minus equū nutrit ⁊ reficit. Ferrari debet equus ferris sibi conuenientibus rotundis ad modus vngule leuibus et vngulis in circuitu strictis et bene adherentibus. Nam leuitas ferri reddit equum agilem ad leuandum pedes. et ipius strictura vngulas maiores et fortiores facit. Equus preterea sudans vel fortiter calefactus non debet aliquid comedere vel potare donec cooptus

ꝛ paulisper ductꝰ a sudore ꝛ calore fuerit liberatus. Et est sciendū ꝙ insueta equitatio serotina nocet equo sꝫ matutina plurimuꝫ cōmēdat. Oportet p̄terea equū habere pti nue cooptura lineā tpe calido ppē muscas ꝛ laneā tpe frigido ꝓpter frigꝰ. Et nota ꝙ ꝓpter sanitatē equi ꝓseruandā de vena colli cōsueta quater est flebotomandꝰ in anno. s. vere. estate. autumno ꝛ hyeme. Notā dū est etiā ꝙ equꝰ bñ ꝛ diligēter custodit ꝛ moderate vt ꝓuenit eq̄tatus. vt in plibus circa spaciū .xx. annoꝝ validꝰ pseverat

¶ De doctrina et morigeratione equi

In equi morigeratione primum adhibeatur ei frenum lenissimū ꝛ valde debile cuius morsus sit melle vel alio dulci liquore perunctꝰ. nā tale frenū faciliꝰ ꝛ acceptabilius sustinebit. ꝛ ꝓpter dulcedinē ipsum libētius iterato recipiet. ꝛ postq̄ꝫ frenū receperit sine difficultate aliquib⁹ diebꝰ mane et sero ducat ad manū donec optime ductoꝛez sequat. Deinde absq; strepitu ꝛ sine sella q̄ꝫ suauiꝰ ꝛ leniꝰ poterit equitet paulisp ꝛ quo passu ꝛ a dextris ꝛ sinistris sepe voluat. ꝛ si oportuerit pedester euꝫ aliq̄s antecedat ꝛ omni die p̄ loca plana nō saxosa de mane tēpestiue vsq; ad mediā tertiā eq̄tet. Tuꝫ vō spacio vniꝰ mensis sine sella fuerit equitatꝰ eidē sella suauiter ꝛ sine strepitu ponat ꝛ cū ea ducat leniter donec tps venerit hyemale. Cū aūt eq̄tatoꝛ equū ascenderit eū nō moueat donec sibi pannos aptauerit. nā equꝰ ex hoc quietū vsum assumit ad cōmodū equitātis. Post hoc aūt frigido tpe accedēte modꝰ instruēdi equū talis seruat. videlicet ꝙ eq̄tatoꝛ faciat ipsum per agros aratos summo mane moderate rotare tā a dextris q̄ꝫ sinistris sepe voluendo habena freni dextra p̄ vnū pollicē ex transuerso curtioꝛe alia existēte. q̄a equꝰ ē naturaliter ꝓnioꝛ ad sinistrā Et si expedierit mutet sibi frenū fortius adeo ꝙ p̄ velle facile teneatur. Rotari dico equū p̄ terrā aratam et non aratam. et per equalē et inequalem vt assuescat pedes ꝛ crura leviꝰ eleuare Et idem fiat ꝓ loca arenosa eadez ratione. Et cum bene rotare sciuerit per eadem loca et eadē hora breuioꝛ saltu quo poterit galopetur. hoc aūt nō fiat nisi semel in die. nā ex superfluitate galopandi sepe retrogradi fiunt. Obseruet etiā equitatoꝛ in pncipio cursus ꝛ in rotando vt manibus teneat freni habenas inferius iuxta humeruꝫ. ita ꝙ equus paulatim curuando collū caput inclinet intantū ꝙ os semper deferat iuxta pectus. ex hoc enī clarius videt gressus suos. et melius ad vtrāq; partem voluitur ꝛ facilius retinetur ad libitū equitātis. Pterea considerari et cognosci debet duriciꝫ ꝛ molliciꝫ oris equi ꝛ ꝑm eius duriciez et molliciem imponatur eidē frenum. quorum multa sunt genera. nam quedā lenia sūt et quedā asperrima et fortissima. et quedam minus. et quedā media inter p̄dicta. Sed ipsoꝝ formas scribere obmitto quia nota sunt apud frenoꝝ artifices. nec possunt sic aperte scribi quēadmodū possunt oculata fide videri. Est etiā plurimuꝫ vtile ipsum p̄ ciuitates equitare frequenter ꝛ p̄cipue vbi ars exercetur fabrilis. vel sit strepitus vel tumultus. ex hoc enim desinit eē pauidus et securitatē atq; audaciā sumit. Q; si predicta loca transire trepidat nō cogatur acriter calcaribus aut virge verberibus sed leni verbere blandiēdo ducatur. Oportet etiā sepe ascendere equuꝫ et deinde descendere leniter vt assuescat i ascensu et descensu stare pacifice et quiete. Et predicta omnia seruanda sunt donec dentes equi perfecte fuerint immutati. quod fit p̄ spacium quinq; completoꝝ annoꝝ. Mutatis dentibus q̄ꝫ salubrius poterit sibi de maxilla inferioꝛi quattuoꝛ extirpētur dentes. duo videlicet ex parte vna et totidez ex altera qui scalones ꝛ plane nuncupantur a pluribus. freni morsui cōtinue aduersantes ꝛ anteq̄ꝫ frenū imponat eidē p̄mittant vulnera solidari paulisper. et tunc frenum lene sibi adhibeat. Et nota ꝙ os equi debz

esse nec nimis durū nec nimis molle sz medium inter ipsa. Itē nota q equus ppter p dictam dentiū extirpationē fit pinguior eo q ex hoc amittit feuiciem et furores. Post extirpationē dentiū equitet vt dixi removendo eū ad saltus paulos, z sepe obuiando equis intrando z exeundo vt assuescat intrare in eos et discedere ab eisdē. Cuz frenum inuentū est cōueniens equo nō mutetur ne ipsa mutatione os deuastet equi. Cum equs se habuerit cōuenienter ad frenum ad currendū assuescī debebit. z curratur summo mane qualibet hebdomada p viam bñ planā circa spaciū quarte partis miliaris vnī in pncipio, z deinde vsqz ad vnū miliare cursus poterit augmentari z amplius si placebit. Et est sciendū q quanto frequētius moderate currat tāto fiet celerior z agilior ppter vsum. Est tñ ptrariū frequētato vsui currēdi q equus ex hoc fit flagrantior de facili z impatiēs si nimis festinatur ad cursum z sue assuete affrenatōnis maximā partē pdit. Sciendū est etiaz q postqz equus pfecte doctus z cōsuetus fuerit affrenādi equitator frequēter ipsum debet facere galopare currere z salire, moderate tamen q z longa quies desidiam parit equo, z ea in qbus fuerit instructus facile obliuiscitur. Que dicta sunt de instructione equoz locū habent in equis ad rē militarem ptinentib9 tantū. nā alij deputant ad vecturā, alij ad admissurā, alij ad cursuraz vt qui ad predā parant, alij ad quadrigā q diuersimode sunt ad sua officia instruēdi. Itē quidā equos habere volūt placidos z quietos z tales castrandi sunt, q demptis testiculis q̄tiores fiūt

¶ De cognitione pulcritudinis equorum

EQuus pulcer coz pus habet formosum magnuz z longū, z sue magnitudini pporonabiliter oīa membra rñdent. Caput eius sit gracile siccū z q̄uenienter longū. Os magnum z laceratū habeat, nares inflatas et magnas, oculos grossos vel nō occultos. Auriculas puas z aspras deferat. Collū habeat longū et gracile versus caput. Crines paucos z planos. Pect9 grossum z q̄si rotundū. Dorsum curuū et quasi planuz. Lumbos rotūdos z grossos. Costas grossas vt bouinas. Ventrē longuz. Anchas longas z tensas. Clunē longū et amplum. Caudā habeat longā cū paucis et planis crinibus. Coxas latas z bñ carnosas. Gara recta satis ampla z licca. Falces habeat curuas vt ceruus. Crura bñ ampla et pilosa. Jūcturas cruriū grossas et curtas vt bos. Ungulas pedū amplas duras z cōcauas prout decet. Sit equus altior aliquantulū in pte posteriori q̄z in anteriori vt ceruus. Collū deferat elevatuz z sit in eo grossicies iuxta pectus. De pilo diuersi diuersa sentiunt. sed plurib9 videt q baius scurus super omnib9 est laudābus. Deinde est sciēdum q pulcritudo equi melius potest cognosci macie q̄z pinguedine equi existēte

¶ De signis bonitatis equoz

MElioz equorū est ille q̄ habet visum amplū z videre suū est longinquū, et forte habz guardaturā z fortes aures z lōgas comas z forte pectus et amplū, z curtū scbinale et longas gambas anteriores, z curtas gambas de retro. Et subtile musellum et caput nasi z suaues pilos z amplas gropas z collum grossuz et bene comedit. Equus habēs nares magnas z inflatas, et oculos grossos nō cōcauos, audax naturaliter reperitur. Equs habēs os magnū maxillas graciles z macras z collū longū et gracile versus caput ad affrenandum est humilis. Equus habēs costas grossas vt bouinas z ventrē amplū z deorsum pendentē laboriosus z sufferēs iudicat. Equs habēs garetta ampla z extensa z falces curuas q̄ garetta interius respiciāt in ingressu celer et agil esse debz. Equus habēs garetta curuā falces extensas et anchas curuas, debz naturaliter ambulare. Equs habēs iuncturas

crurium naturaliter grossas ⁊ pasturalia curta velut bouina fortis esse censet Equus tenens ad se truncū caude stricte inter coxas fortis ⁊ sufferens est vt in pluribus sed nō celer. Equus babēs crura ⁊ iuncturas crurium satis pilosas ⁊ pilos in eisdē longos laboriosus existit. sed agilis non de facili reperitur. Equus babēs clunem lōgaz ⁊ amplā ⁊ ancbas longas ⁊ extēsas qui sit altior posterius q̄z anterius. velox in lōgo cursu vt in plurib⁹ inuenit

De signis malicie et viciorum et vilitatis precij equor

Equus habens ma

e rillas grossas ⁊ collum curtum nō de facili affrenat decēter. Equus babens albas vngulas vniuersas vix vl'nū q̄z duros pedes babebit. Equus babēs auriculas pendētes ⁊ magnas ⁊ oculos cō cauos lentus ⁊ remissus existit. Cū supremum nasi equi est multū bassum non potest respirare p nares ⁊ ideo minus valet. Cū equus videt in die ⁊ nō in nocte dimidiatur p̄cium eius. boc aūt cognoscit si ducis eum in nocte ad rem quā timet in die ⁊ tunc non timet. ⁊ qū̄ non mouet pedes in die sicut in nocte. Si oculi equi sunt albi minorat valde p̄cium eius quia ducit ad niuē vel frigidū locū nō videt. sed in loco ñ lucido ⁊ tpe calido bñ videt. Equus iactans aures suas retrorsum in omni tpe mioris est p̄cij quia est surdus. Quādo equus nō binnit neq; clamat neq; aliquē sonum facit cum ore surdus est. Equus babēs durum collum ⁊ ipsum semp extēsum ⁊ cū ambulat non leuat caput ⁊ non mouet collū ad dextram vel sinistrā est pessimi vicij. ⁊ est magnum periculū equitāti q; non potest vti ad sensum eius. ideoq; p milite non est bonus. Equus cui vadunt genua intra vt arcus parui est p̄cij qa pessime vadit. Equus cuius anteriora crura torquent vt arcus teneri non dz cū sit pauci valoris. Equus cuius anteriora crura moueri videt semp maior est mor. Equus leuās caudā superius ⁊ inferius mali est vicij. Equus cui semp videtur inflatio sup genu in primo tpe suū iter amittet. Si equo videt inflatio dura in pedibus anteriorib⁹ vl' postremis in sua operatōne nō nocet. Et dicūt q; si in pedib⁹ anteriorib⁹ est inflatio dura securus est q; aliud malū non descēdet ad ea. Equus babēs in omnib⁹ pedib⁹ crepacias. id est. rappas. et nō potest curari est minoris p̄cij qa turpioris apparitionis existit. Equus cuius pili de iuncturis reuersant in sursum in sua opatione nō leditur ⁊ vngule eius fortiores existunt. Si equus mouet pedes alio modo q̄z alij equi ledit in sua operatione. Ideoq; minuitur p̄cium eius. Si vnus pedū de retro eundo aliū tangat multū in sua opatōne nocet eidē. Si testiculi sunt multuz magni turpior est ⁊ in opatione nocent. Et si eius virga semp est pendēs turpior est. ⁊ ñ est ab honesto bomīe equitandus. Dorphea. id est. albedo in collo vel i musello vl' supra oculos turpiorē facit equū sed i operatione nō ledit. Douere de flācbis equi non est bonū

De egritudinibus equorū et eorum curis

Also superius de

p pulcritudine ⁊ bonitate equoruz. videndum est de egritudinibus et morbis eisdē venientib⁹ taz naturaliter q̄z accidētaliter. Et primo de bis qui sibi obueniunt p naturā que quandoq; defectu vel occasione aliqua minuit vel augmentat. auget tamen raro. vt cū nascit babēs maxillam inferiorē superiori longiorē et similia. Et quādo nascitur cū aliqua superfluitate carnis in pedibus vel aliqua corporis parte que murus vl' callū vulgariter dicitur qui murus sine corio efficit. Et quādoq; accidit q; in aliqua parte corporis fiunt superfluitates carnū velut glandule subtus corū. Minuit vero cum nascit babens oculum vel auriculā aut nares alijs paruiores vel babens vnā ancbam alia curtiorē. Cū totus crus aliquid minorat. Minuit p̄terea

r

natura et fallit quando equus nascit obliquis cruribus tã in anteriori parte q̃z posteriori. Simili modo de vngulis et pedibus accidit qui quãdoq̃z naturaliter obliquantur. Et quãdoq̃z nascit cum zardis in garectis ⁊ gallis in cruribꝰ prouenientibꝰ ex patre vel matre habentibꝰ eas. Est enim zarda quedã inflatio ad modũ oui vel maioꝛ vel minoꝛ que tã in parte interiori q̃z exteriori nascitur in garectis. Galla est q̃daz tumefactio ad modũ parue pelicemagna vt nux que circa iuncturas crurium iuxta vngulas generat. Cura ✠ In predictis morbis qui nascunt equo in ventre matris ex defectu nature nõ potest medicina congrua impartiri sed in aliquibꝰ possunt aliqua remedia inueniri. Nã cũ equus nascitur obliquis cruribus posterioribus ita q̃ ipsa crura obliquãtur interius pcutiendo vel nimis feriẽdo vnũ pedẽ ad aliũ in egressu. equus in pte interiori coxaꝝ iuxta testiculos. ferris ad hoc decentibꝰ decoquatur faciendo ex trãsuerso tres lineas in vtraq̃z parte coxarũ. deinde quotidie more solito equitetur. tunc ei in suis gressibꝰ vna coxa cum alia fricabit. et ex frequenti tactu coxarum excoriabit per coctura velut plaga. ex quo equus crebꝛos ardoꝛes sentiens pget aptius solito. Simili modo fiat in cruribus anteriorib⁹ faciẽdo cocturas pdictas interius in lacertis. Obliquis vngulis vt pedibus hoc remediũ inuenit. nam ferrãdo equũ frequẽter possunt vngule aptari decenter ⁊ ad modũ rotunditatis ferri digeri quoquo modo. Solet eñ equꝰ aliquando interfirmari de vno pede ad aliũ ꝓpter macies debilitatẽ. Cui potest adiuncta pinguedine subueniri

De infirmitate muri curãda

Contra infirmitatẽ muri dico q̃ illa superfluitas carnium quã pdixi vsq̃z ad superficiẽ corij cautius incidat. Deinde si locus neruosus non fuerit ferris rotũdis calefactis decenter coquat. Si vero locus fuerit neruosus refalgarũ puluerisatiũ pondere vnius careni superaspergat. vel plus vel minus supponat vt expedire videbitur. Hãz refalgare velut ignis corrodit. Deinde corrosis muri radicibꝰ funditus intromittat in vulnere stuppa in oui albumine madefacta ⁊ ex ea totũ impleat vulnus ⁊ vsq̃z ad diem tertiũ mutet semel in die. Abinde in antea ꝑ solidatione festina accipiat calx viua ⁊ tantũdem mellis ⁊ simul misceant et ponantur in aliquo panniculo ⁊ incendat lẽto igne donec ex ea fiant carbones ⁊ puluerisetur subtiliter. ⁊ in vulnere ponat cũ stuppa inuoluta in dicto puluere mane ⁊ sero. donec carnes fuerint solidate semp priꝰ abluto vulnere cum vino forti aliquantulum calefacto. In defectu tamẽ refalgari ponat cum calce viua tartarũ auripigmentũ ve deramus puluerisata simul equali ponderet ter vel quater donec radices muri fuerint cõuenienter corrose prius optime abluto vulnere cũ accto qui puluis est minꝰ violentꝰ alio supradicto. Hãz vir aut nũq̃z ibidẽ pili nascunt sz in bis nascẽdis aliq̃d infra scribetur

De glandulis et scrophulis

Ceteris superfluitatibus carniũ que nascunt inter corijũ ⁊ carnes q̃ dicuntur vulgarit glãdule siue testudines siue scrophule. Dico q̃ sasso corio plonguz vbi ẽ aliqua glandula extrabatur manibꝰ eã prius vngulis excarnãdo. vel sasso corio supaspergatur refalgarũ truũ vel ferris decẽtibus coquatur vel supaspergat puluis calcis viue auripigmenti et tartari quã in primo capitulo muri dixi. Deinde vtat cura in capitulo muri scripta. Si vero pdictaz incisionẽ vel excarnationez aliqua vena prumpat in sanguinẽ cõstringatur hoc modo. Accipiãtur iburis due partes et tertia aloes epatici. et puluerisata subtiliter cum oui albumine agitẽtur ⁊ misceãtur et cum pilis leporũ ponãtur in vena. Idem valet gypsum cũ calce truũ ⁊ cũ granul̃ puaz

Itē valet ad idem stercus equi recens mixtum cū creta ⁊ cum aceto fortissimo agitata. Et nota q predicta superposita venestringendo non debēt vsq3 ad diē secundū vel tertiū remoueri. Item sciendū est q salubrius est p̄dictas glādulas destruere suprad̄ictis puluerib⁹ corio prius scisso per longū q3 incensione vel manuū extractōe si in neruosis locis vel venosis existit.

De egritudinibus equorū et curis ipsorum

Suprad̄ictum est de morbis ⁊ egritudinib⁹ naturalibus, sequit̄ tractat⁹ accidentalium. Dicā ergo p̄mo de bis qui accidunt eis in capite ⁊ intra corpus. Secūdo d̄ bis q̄ accidunt eis in tergo. Tertio de bis morbis qui accidunt in membris eius a pedibus supra. Quarto de lesionib⁹ vngularum ⁊ pedum

De infirmitate que vulgariter vermis dr et cura eius

Hec infirmitas euenit equo in pectore ppe cor ⁊ in coxis ppe testiculos ex malis būoribus calidis congregatis in quibusdā glādulis quas habēt in pectore ⁊ in coxis qui occurrunt ad loca illa ppter dolorē aliquē ibi accidentaliter venientē. Deinde descendunt ad crura ⁊ in eis faciunt inflationes ⁊ ea crebris vlceribus p̄forant. et quādoq3 occasione vermis p̄dicti fiunt i equi corpore p̄cipue in capite diuersa vlcera: plerūq3 tamē parua ipsum caput inflanua. Et q̄ñ q3 per nares faciunt emittere bumores velut aquā ⁊ tunc dicit̄ vermis volatiu⁹. Cognoscitur aūt hec egritudo ex inflatione q̄ fit ex bumoribus in locis p̄dictis et ex vlceribus que dicti bumores eum exire cogunt et conantur. Cura. Cū dicte glādule tumefieri vel plus solito augeri vidēt statim equus de consueta vena colli iuxta caput ⁊ in vtraq3 parte corpis vl' coxarum consuetis penis vsq3 quasi ad debilitatem equi minuatur vt superflui minuātur ⁊ euacuētur bumores. Deinde ponāt̄ setbones in pectore vel in coxis. q̄ bumores assidue attrahant per crebrā ⁊ congruam agitationē setbonum. Ex tali enī agitatione fit dolor ⁊ inde propter dolorē exeūt bumores nec ad crura descendunt. dicti vero setbones agitari non debēt nisi duob⁹ diebus elapsis. Deinde mane ⁊ sero quotidie agitētur intantū q̄ duo iuuenes vice q̄libet fatigentur. equo prius paruo passu ñ modicū equitato. Deinde non cesset equ⁹ die qualibz fatigari ⁊ caue ne comedat herbas, ⁊ de rebus alijs adeo parum sumat q̄ vir vires retineat. Et locis frigidis ī nocte quiescat. Si vero glandula illa vl' vermis per supradictas curas nō decrescat sed superabundēt bumores tumefacientes suprflue tibias. tunc ille glandule vel vermis extrabatur hoc modo. Scindaī corium ⁊ caro per longū vsq3 ad inuentionē glandularum vel vermis, ⁊ depposito ferro ille glandule vngulis excarnētur ⁊ extra manib⁹ extirpentur ita q̄ de ipsis nihil ibi remaneat. Uerme aut̄ vel glandulis radicitus extirpatis. ex stuppa munda in albumine ouī infusa vulnus totaliter impleat̄. et vuln⁹ suatur ne stuppa possit exire. Q3 si vulnus sit in pectore ligetur ante pectus pecia linea p̄pter ventum. Deinde vuln⁹ vsq3 ad diem tertiā mutari non debet sed abinde ī antea bis in die mutetur stuppa madefacta cum oleo ⁊ ouī albumine agitato. puluere ī ñ p̄ us cū vino abluto. et nouē diebus talis adhibeatur cura. Postea vero bis in die abluatur vulnus cū vino aliquantulū tepefacto, ⁊ intromittat̄ in vulnus stuppa in tali puluere inuoluta vt in muri capitulo dicitur. qui fit de melle ⁊ calce viua et predicto vtatur puluere donec vulnus fuerit solidatum setbonibus nihilominus agitatis ⁊ equo quotidie fatigato vt superius exp̄ssum est. Nota tamen q̄ equus equitari nō debz vsq3 ad diem tertiū post̄q3 vermis fuerit extirpatus. sed postea sic die qualibz vt predixi. Aliud medicamē fortius ad dictū

vermez omnino destruendū scisso corio p longū z carnib⁹ vsqz ad denudationē ver mis vt dixi. resalgarū bene tritū z puluer satum ponat super verme p dicto postmo duz bombix z os vulneris suatur ne resal garum possit exire qō vermē in nouem di ebus poterit comodit. quo corroso vel de structo curet vulnus vt superi⁹ est expssuz. Si vero pro pdictis omnib⁹ humores re stringi vl' exiccari non possint quin ad cru ra descendāt foramina velut vesicas puas vel vlcera facientes. tūc statim ferro rotun do in capite illa vlcera vel vesice funditus decoquātur. prius coquēdo magistrā ve nam pectoris ex transuerso. que tēdit a lo co vermis inferius vsqz ad pedel. Postea vero decoctis foraminib⁹ cruriū vt dixi su peraspergatur in laterib⁹ calx viua solum modo bis i die. separata prius coctura fo raminū ibi facta. Qz si ex verme remanse rit crus inflatū tali subueniat cura. ponan tur sanguisuge circūcirca cruriuz inflatio nes. abraso prius loco tumefacto vel etiaz toto crure. Deinde sanguine quantuz po terit cū sanguisugis extracto totū crus cuz aceto z creta alba insimul agitatis empla streatur. vel teneat in aqua frigida diu quo tidie mane ac sero. z hoc fiat donec crura ḡ cilia redigantur. Contra vermē volatiuuz vt humores a capite subtrahātur. ō amba bus pluens venis tempoꝛū sufficienter mi nuatur sanguis Deinde setbones sub gut ture imponantur z agitent et nutriat z eq tetur z in loco teneat et omnia fiant vt sup in alio verme dixi. Si vero vermis volati uus in emoygram couertat quod sepe ac cidit danda sunt et calida. panno laneo ca pite cooperto z in loco calido p quiete mo rante ne fatiget aliquo modo et semper co medat calida vt fenū z auenaz qz ḃ morb⁹ frigid⁹ est sed ex eo raro euadet

De morbo qui vulgariter dicitur antiquoꝛ et cura ei⁹

Accidit aliquā do q illa glādula dicta que circa coꝛ extat intantū augetur ꝓpter humoꝛes ad eam decurrētes moꝛe solito nō descenden tes ad crura q augmētatio z inflatio eius facit apostema. qō quia ꝓpinquū est coꝛdi crudeliter adueniat ei. et hec infirmitas vul gariter a pluribus antiquoꝛ vocatur.

Cura ſ Cum dicta glandula videt cuz furoꝛe subito augmentari vel plus solito ingrossari absqz moꝛe. de pectoꝛe radicitus extirpetur vt in cura vermis est supra exp̄s sum. Et cū sit coꝛdi propinqua cautissime z cū summa diligentia extirpet. Si vero in extirpatione vel excarnatione ipli⁹ aperia tur aliqua vena z prumpat in sanguinem tunc statim capiat et stricta manibus filo serico ligetur Qz si ꝓpter sanguinis abun dantiā vena capi non possit. ponant i vul nere medicine stringētes sanguinē scripte supra in cura glandulaꝝ

De cognitione et cura strangui lionis

Sunt et alie ali/ quot glandule circa caput equi quaruz alique sunt sub gutture que accidentaliter augent ꝓpter humoꝛes equi infrigidati ad eas ex capite descēdētes ex quarū augmentatione totū guttur i fla tur z cōstringunt meatus flat⁹ exeuntis p guttur ꝓpter qō equ⁹ vix respirare potest Et hec egritudo vulgariter dicā strangui lion. Cura ſ Cū dicte glandule vident subito crescere vel plus solito augeri statiz setbones decentes sub equi gutture impo nantur. et mane ac sero sufficienter ducan tur. Ponatur etiā in equi capite lanea co opertura z guttuz pluries vngatur butiro precipue stranguilionis locus. et i loco ca lido teneatur. Si vero dicte glandule p se thonum agitationē non detumescant extir pentur radicitus z vulnera curentur vt in cura vermis predixi. Sed in appositione re salgaris diligens adhibeatur cautela quia si immoderate ponatur nimiū carnes coꝛ rodit.

De morbo vuularum et cura ei⁹

Sunt et alie glandule que nascūt inter caput ⁊ collum sub vtraq3 pte maxillar3 que similiter augent ex fluxu reumatis a capite. coartātes adeo meat9 gutturis q̄ equus vix potest comedere vel potare. ⁊ hec egritudo vocat vuule. Cui nisi succurrat instāter subito morietur ℣ Cura ℣ Cum dicte glandule subito videnť augeri ⁊ tumefieri velut oua coartātes gutturis arterias ferro decenter calido cuspideo fundit9 decoquātur vel acuta lancea cauti9 incidātur vel q̄ melius est modo dicto in verme tātum ex vna pte quātū ex alia si expedire videbitur. ⁊ vuln9 eodē modo cureť ⁊ nisi medicinis p̄dictis succurrat respirare impeditur ⁊ moritur

¶ De doloribus et cura ipsorum.

Dolores accidunt equo multis modis. Primo ex superfluitate humor3 malor3 i venis sanguinis intercluson3 Secūdo ex ventositate ingrediēte in corpus equi calefacta p poros vel orta in intestinis. ex humoribus viscosis in eis existentib9. Tertio ex superflua comestione ordei vel alteri9 similis tumefacti in stomacho seu vētre. Quarto ex supflua retentione vrine vesicaz inflantis. Fit etiā sed raro ex nimia potatione aq̄ frigidissime cum equus fuerit calefactus.

¶ Cura ℣ Si dolor sit ex supfluitate hūorum vel sanguinis q̄ cognoscit q3 torquetur ⁊ mouētur ilia sine tumefactōe aliqua ⁊ frequēter deijcit se in terrā ⁊ iacet et venę plus solito tumefiūt statim a vena cingularia que est ppe cingula ab vtraq3 pte sanguine minuat. ⁊ ex quacūq3 pte corpis sanguis haberi potest vsq3 quasi ad debilitatem corpis minuat. Deinde ducat ad manuz puo passu. nec comedat neq3 bibat donec ex toto cessauerit dolor. Dolor ex vētositate cognoscit quia dolet intra corp9 ⁊ hz cōtinue ilia tumefacta ⁊ fere totuz corpus plus solito tumefactū. Cū hec apparēt cannolus vnus de canna q3 grossior poterit i veniri longitudine vni9 palmi vncti9 oleo supponatur in anū equi pro pte maiori et optime ligetur cuz aliquo sparto in capite caude ne possit extra ire. Deinde statim cū festinantia equitet diu trotando vel ambulando versus mōtuosa loca. ⁊ si pus recens fuerit cooptura lanea teneat coopertus. et cū manibus oleo vnctis fricent ilia fortiť. Ex his enī calefit equus ⁊ p cannolū extra ventositatē emittit. Deinde danda sunt ei calida p comestione ⁊ potu. bibat ei aquā cum cimino ⁊ semine feniculi coctā equali mensura in bona quātitate. cum fuerit aliquātulū infrigidata ⁊ farina trinci sibi admixta. ⁊ tam diu sitiat q̄ huiusmodi aquā bibat. Similiter comedat calida et moreť i loco calido tegimine laneo coopertus. Si aūt dolor fuerit ex supflua comestione ordei vel alterius tumefacti similis in ventre equi vel stōmacho. q̄ cognoscit q3 ventrē habet durū. ⁊ ilia tumefacta fiat decoctio malue. mercurelle. brance vrsine. violacie. paritarie. ⁊ aliaz laxatiuarū in aqua et addatur de melle sale ⁊ oleo ⁊ furfure tritici. ⁊ tepefacta ponat in quodaz ventriculo habente cannolū de canna cōuenienter lōgū ⁊ grossum ad modum clisteris. ⁊ p illud instrumentū mittat dicta decoctio i ventrez equi p anū. Et tunc q̄n mittiť stet equus valde altius posteri9 q3 anteri9. et aqua imissa opletur congrue an9 ne aqua exire possit. Postea vō ligno rotundo bene polito venter ducatur ⁊ duob9 hominib9 existentibus ab vtraq3 pte. quia pte anteriori inciant ⁊ vsq3 posterius p̄mendo ventrē ducant. eo plus vncto cū oleo vel re alia liq̄da vnctuosa. Postq̄3 aūt venter fuerit bene ductus deopileť anus ⁊ p loca mōtuosa equitet paruo passu continue donec egerit omnia q̄ in ventrem sibi fuerūt missa. ⁊ de alijs magnā partez. ⁊ sic dolor cessabit. Si vero dolor fuerit ex retentione vrine vesicā inflantis. q̄ scitur q3 sub vētre vel circa loca virge aliquantuluz tumere videť ⁊ sepe se iactat in terrā. tunc accipiātur fenationes

curtania paritaria ⁊ radices sparagi quantitate equali ⁊ insimul decoquant. ⁊ de nocte cuz quadã fascia longa ⁊ ampla calide circa loca virge ponant. ⁊ hoc sepe fiat calefaciendo emplastrũ cũ fuerit infrigidatũ Q; si ex hoc non puocat vna experimentum tale fiat Virga equi manibus unctis oleo extrabat oleoqz fricet. Deinde teratur aliquãtulũ piperis cũ allio ⁊ intra foramẽ vge auriculari digito imponat. Vel quod melius est cunices triti aliquantulũ cocti in oleo iponãt. Q; si hoc non pfuerit equus cũ quadã equa p stabulum libere pmittat abire. sicqz necessario puocabit ad vinaz. Et nota q hoc remediũ de iumento quod dixi ad omnes dolores utile reperit. q; voluntas coitus valde naturaz corroborat et confortat

De morbo infundici et cura eius

Hic morbus accidit equo ex superflua comestiõe vel potatione. ex quibus sanguis superflue augmentat. ⁊ ad crura descendẽs per ipsa spargit ⁊ impedit gressus eius. Item accidit ex immoderato labore faciẽte sanguinem ⁊ humores ad crura ⁊ pedes descẽdere gressus eius impediẽtes. ex quo ungule cogunt mutari nisi succurrat eidẽ. Accidit etiã quãdoqz ppter dolorez ex nimio labore ⁊ calefactiõe veniẽtes ⁊ humores ad crura descendere faciẽtes. ⁊ hec egritudo vulgariter infusio nominat. ⁘ Cura ⁘ Cum equus videt vno vel duob9 aut pluribus pedib9 claudicare ⁊ in egressu crura grauiter mouere. in sua etiã reuolutione grauit se habere. ea enĩ sunt infundici signa. si est pinguis ⁊ etatis pfecte pot9 eidẽ ad sui libitum pbeat. ⁊ postea de ambob9 temporibus ⁊ singulis cruribus de venis solitis vsqz quasi ad debilitatẽ corpis minuatur. Deinde in aqua frigida currẽti vsqz ad pectrem equi ponat velociter et assidue teneatur in ea. nec aliqd comedat donec integer fuerit liberat9. Si vero sit iuuenis aut macer nõ detur ei potus pdictus. sed intantũ cum freno in aere frigido teneat q; collum ⁊ caput cogatur extẽdere quantum potest Deinde rotundi lapides viui grossitudis pugilli sufficiẽter equi pedibus supponantur ac si ei fieret cubile vel etiã stratũ Nam ex assidua oppressione lapidum rotundorum pedes ⁊ cruca in motu existunt ex quo nerui crurũ indignati ppter humores grauitatem expellũt. sed prius panno lineo in aq infuso sit cooptus. nec comedat neqz bibat nec in sole morez donec fuerit ad statũ primum reduct9. Et nota q hec egritudo parum vel nihil nocet iuuenib9 eqs. naz ex ea ipsorum bie ingrossantur.

De morbo pultini seu bulsini. et cura eius

Egritudo ista fit ex calore liquefaciente pinguedinem q opilat pulmõis arterias taliter q equus vix respirare potest. Et cognoscitur quia fit nariũ magna sufflatõ. ⁊ ilium crebra pulsatio. et hec egritudo pultinus siue bulsin9 vulgariter appellatur ⁘ Cura ⁘ Fiat potio de gariofilis. nucib9 muscatis. zinzibere. galanga. equali pondere cimino. semine feniculi. equali pondere pulueriset cũ bono vino et addat croc9 ĩ congrua quãtitate. et tot vitella ouorũ qnta est quantitas pdictoz. ⁊ dicta potio potetur in quodã cornu bouino. et equo tenenti artificialiter os apertũ et caput altũ sine freno ppinetur ita q in guttur eius descendat. equi capite spacio vnius boze suspenso vt potio in intestina descẽdat. Deinde ducatur ad manũ vel breui equitet passu ne ipsam vomere possit. qui per vnũ diem ⁊ noctẽ nihil comedat vt dicta potio ñ impediatur exequi suũ effectũ. Die vero secunda comedat recentes herbas vt canna rum frõdes aut salicis vel frigidaz herbarum vt potionis temperet calor. Ex dicta nãqz cura liberabit equus si passio recens existat. si vero fuerit antiquata incurabilis esse censetur Utraqz ilia duab9 lineis vna sup aliã ab vtroqz latere decoquãtur vt co

artatione ignis ilium pulsatio minuatur. Pares etiam decenter per longū scindantur. vt leuius aerē attrahat et emittat vel tē pore vindemiaruz cibetur vuis maturis. vel dulci musto potetur. et sic curabitur a bulsino

¶ De morbo infestuci et cura eius

Accidit hec egritudo cum equ⁹ sudore madēs vel superflue calefactus ponit in loco frigido vel ventoso. Nā per poros apertos ventus p os z membra subintrat. vnde sequitur neruorū attractio paruz tumores habens dolores inducens z impediens gressus equi. z vocat hec egritudo vulgariter infestuc⁹. Que cognoscit qz equus videt habere corū parū extra extensuz itaq; digitis vix potest capi l'stringi et in suo motu velut infundib⁹ impedire videtur et eius oculi lacrimātur. ⁘ Cura ⁘ Tunc statim ponat in loco calido. Deinde aliq̄t vini lapides fiant calidissimi prout possūt et ponātur in terra sub equi ventre. prius tamen sit coopertus panno laneo longo z lato intantū q; in qualibz parte satis superet totam equi personā. cuius medius stet super dorsum equi et extremitates ab vtraq; parte deorsum pendeant que a duobus hominib⁹ inferi⁹ teneātur. et dicti lapides paulatim z sepe aspergantur aqua calida donec totū corpus z membra equi redacta fuerint in sudorē. et tunc inuoluatur equ⁹ in dicto panno et cingatur. et sic tamdiu teneatur q; sudor cesset. et tunc butiro calido vel oleo vel aliquo alio liquido vnctuoso sepe in die singula equi cruca fricētur. Vel fiat decoctio palee frumenti aristaruz allij cineris z maluarum. et cum ipsa decoctōe tantum calida quantū pati possunt crura et specialiter nerui madefiant. et semper in loco calido teneatur. z pro comestione vtatur cibis calidis donec ad statuz pristinum reducatur

¶ De morbo scalamati et cura eius

Hec infirmitas interiora equi deliccat et corp⁹ macerat. z fimū ei⁹ plus q̄z hominis fetere facit. Et accidit et ex diuturna macie puenient ex pauco cibo exhibito. et multo labore calefaciēte ac membra exiccante adeo q; non potest impinguari neq; sumere carnes nec etiaz comedere. ⁘ Cura ⁘ In hac egritudine que scalamatus vulgariter dr. instandū est vniuersaliter vt corpus eq̄ bumectetur. Fiat igit decoctio herbe violarie paritarie malue z furfuris ordei. quib⁹ bñ decoctis coletur. et in hac aqua ponat butirum in bona quātitate. et pond⁹ septē tarenorum cassie fistule liquefacte. ac cum instrumento supradicto ad moduz clisteris parum calida immittat in anū equi et fiat per omnia vt in capitulo dolor supradixi eo excepto q; hec aqua tenenda est quantū potest in equi ventre. postea fiat potio de vitellis ouorū croco et oleo violario agitatis decenter cū bono vino albo et ponatur in cornu bouino et bis vel ter pleno sibi detur vt supra dictum est in tractatu pulsus. Aliud experimētum Equus in stabulo solus ponatur. et p duos aut tres dies nihil comedat neq; bibat. Postea detur sibi ad comedendū lardū vel carnes porcine salite ad libitū ei⁹. nā ipsa ppter famē et lardi salsedinē libēter comedet. z detur statiz ad bibendū aqua calida quantū volet. Deinde equitetur paulisper donec ventrē depictis satis euacuet. quo euacuato detur sibi frumentū bñ mundū z cū pauco sale coctum z ad solē siccatū. vl aliter bis i die anteq; bibat. nā tale granū adeo nutrit z reficit q; equ⁹ ex eo facile impinguatur

¶ De morbo aragaiaci et cura eius

Hec infirmitas que vulgariter aragaiac⁹ dicit fit in eq̄ ventre adducens ei tortiones. z intestinis rugitum faciens: et equum cogens emittere indigesta stercora et liquida velut aquam. Unde ✱ potest equus

aliquid comedere quin emittat anteq̃z digeratur in ventre ei⁹. Que quãdoq̃z accidit ex comestione ordei vel alteri⁹ simil⁹ rei comeste neq̃z digeste. Aliq̃n ex potatione aque frigide post comestionẽ ordei facta sine aliquo interuallo. Et aliq̃n ꝓpter festinũ cursum seu galopũ factũ statim post aq̃m ꝑ velle ab equo potatã que agitat in visceribus ꝓpter cursum. Fit etiã aliquando ex nimia inflatione corꝑis equi dolorẽ habẽtis. ex q̃bus causis equus debilitat intantũ q̃ vix potest actu a cruribus sustineri.

¶ Cura ✓ Cũ videt equus bis vel ter stercus longe emittere velut aquã z ordeũ indigestum statim auferat ei frenũ et sella et libere ꝑ pascua dimittat ab ire donec fuerit constipat⁹. nec añ moueri debet. q̃ motus ventrẽ agitat z facit vt cibũ emittat anteq̃z digestus existat. Itẽ quantũ potest caueatur a potu. nã aqua in' hac egritudine sibi nocet ꝓpter liquiditatẽ ipsius. Q̃nq̃z etiaz ex dicta egritudine infundit equ⁹ et tũc curetur vt in dicto morbo docet.

¶ De cimoyza et cura eius

Est et alia egritudo que cimoyza vulgo dicit. que accidit cũ equus diu steterit infrigidatus in capite in qua fluxus reumatis fit ꝑ nares continue velut aqua. Fit etiam aliquãdo ex infirmitate q̃ vermis volatiuus dicit. vnde sequit vt equ⁹ ꝑ nares fere totã capitis humiditatẽ emittat. ✓ Cura ✓ Fiat equo in capite coopertura z semp̃ i loco calido teneat z ꝑ cibo calida bentur. Et ei ꝑdesse solet assidue paruas pascere herbas quit cũ pro eis extirpãdis diu teneat caput depressum maxima ꝑs humoz ipsoz ꝑ nares discurrit. Valet etiã si fum⁹ peciarũ vt bombicis ꝑ nares ad cerebrũ mittatur. nã humores antiquitus coagulatos dissoluit sed vt plurimũ hec infirmitas incurabilis reperitur.

¶ De frigiditate capitis et eius cura

Capitis frigiditas dolorẽ sibi facit in capite et surditates. z sibi sternutatões z tussim abducit z ꝓfocat guttur que leuiter accidit cum equ⁹ in stabulo satis calido ponitur z postea subito ad frigidũ ventũ perducit z plerũq̃z ex alijs frigiditatib⁹ occasiõe aliqua iã receptis vt equus tussire aliq̃n cogitur z potatiõis z comestionis ptez maximã perdit. ✓ Cura ✓ Cũ oculi equi videbuntur paululũ inflati z aliq̃l lacrimãtes aures frigide. z flatus narium frigid⁹. et ilia plus solito ꝓpulsari. z min⁹ soluto comedere z bibere satis min⁹. z tussire z sternutare sepius frigiditas capitis esse censetur. ꝓpter quã coquãtur glãdule que vulgo vocantur existentes inter colluz et caput sub maxillis cũ ferro cuspideo glandulas ꝑforante. z similiter decoquãtur in medio frõtis vt humores frigidi calefacti exterius secus vaporare coganẽt. Verbones etiã ei ib̃ gutture imponant vt ꝑ eos humores viaz habeant exeũdi. Teneat insuplaneã cooptura ī capite. ac decẽter fiat inter auriculas fricatiõ cũ butiro. Ad idẽ valet oleum laurinum i pecia linea positũ et morsui freni decenter ligatũ equo semp cũ freno bibente. Et idem operatur sauina in freno ligata. Ad idem valet fum⁹ panni linei cõbusti ꝑ nares receptus. Itẽ valet frumentũ bene coctum positũ in sacculo calidũ quãtuz potuerit. z in capite equi ligatũ ita q̃ positus ore z naribus⁹ inter sacculũ ꝑ nares fumũ recipiat z de grano comedat q̃ntũ volet. Cui ꝑdesse si dictũ frumentũ coquat cũ pulegio z sauina. Itẽ valet si pecia stricte ligetur ad baculũ z sapone sarracenico liniat z q̃ntum cõmode pot mittat leniter inter nares z ꝑ pabulũ extrahat. quia ex hiis equus sternutabit z humores hũidos et frigidos velut aquã emittet. Itẽ valet butirũ cũ oleo laurino mixtũ z positũ inter nares. Itẽ ab omnibus caueat frigidis z utat calidis et assidue bibat aquã coctã z calidã. vt dolores capitis loꝛinet. z sic poterit liberari

109

De morbo oculorū et cura eius

Accidit aliquando q̄ ex dicta egritudine capitis humores descendunt ad oculos facientes eos lacrimari vel in eis pannum vel turbulentiā aut ruborē vel caliginez propter que non valet equus vt decet respicere vel videre. Cura. Si oculi lacrimātur fiat strictorij de olibano et mastice pulueriſatis et cum oui albumine agitatis super vna pecia quattuor digitis lata posita et longa q̄ posita supra frontē sub timporibus posit ligari, abraso tamen prius loco vbi strictorij poni debet intantū dimittat et strictorij q̄ oculi dūerit lacrimari et q̄n leuari voluerit cū aq̄ calida et oleo vel alia re vnctuosa agitatis simul eleuet. Idē valz si ambe vene vtriusq; timporū incendantur cū igne. Si vero caliginati sint oculi asstellati alias astoleti sub ambob⁹ oculis imponatur. quattuor tamē digitis deorsuz et sal subtiliter pistum cū quodā cannulo in oculos sepius sufflet. Si vero pann⁹ sit in oculis recens vel antiquat⁹ os seppie tartarum et salgemma equali mensura subtilissime trita. bis in die oculis cū cannulo insufflent. Idē valz salnitrū cū stercore lacertarum tritū et in oculis insufflatū. Et cauendum est ne superflue ponat in eis ne oculi destruātur. Si vero pannus vetustus fuerit cum pinguedine gallinebis vel ter prius vngatur

De cornu et cura eius

ostendente facile ad omnia cogẽs officia.
Si post domiturã decumbet in sulco nõ
afficiatur igne vel verbere sed potius cum
decumbit. pedes eius ita ligent vinculꝫ vt
non possit pgredi aut stare vl pascere quo
facto sitꝫ fame laxatus carebit ℔ vicio

¶ De bobus quales debẽt emi et qualiter teneri et de cognitione bo nitatis ipsoꝝ et etatis

In bob⁹ emendis hec signa spectent vt sint nouelli quadratis ꝛ grandibus membris. solidi corpis musculis, vbiqꝫ surgentibus magnis auribꝰ. lata fronte ꝛ crispa. labris oculisqꝫ nigrantibus. Cornibus robustis ac sine curuature prauitate lineatis. patul' naribus ꝛ simis. Ceruice torosa atqꝫ com pacta. palearibus largis ꝛ circa genua fluentibus pectore grandi. armis vastis. ventre non puo. porrectis lateribus. latis lumbis. dorso recto ꝛ plano. cruribus solidis ꝛ neruosis. ꝛ breuibꝰ vngulis. magnis caudis. longis ꝛ setosis. pilo totius corpis denso ꝛ breui. rubei marie coloris ꝛ fusci. Melius autẽ boues de vicinis locis cõparabimus qui nulla soli aut aeris varietate terrentur. vel si hoc deest de locis similibꝰ ad similia transferemꝰ. Illud est ante omnia curandũ vt viribꝰ ad trahendũ comparẽt equales. ne valentioris robur alteri procuret exitium. In morbꝰ autẽ hec cõsideranda sunt. sint arguti. mansueti. portamenta timentes clamoris ꝛ verberũ cibum appetentes. Sed si regionis ratio patitur nullꝰ cibus est melior qꝫ viride pabulum. vbi vero deest. eo ordie ministret quo pabuli copia ꝛ laborum coget accessio. Tenẽdi sunt boues in talibus stabulis vt de paccis dictum est supra. videlicet stratis ꝛ bene clausis vt pedes ꝛ vngule conseruẽtur illese. ac ipsi defendi possint a genzalis musculis et tabanis. Etas ipsoꝝ cognoscitur quia mutant dentes anteriores post annum cõpletum ante decẽ vel octo menses. Deinde pꝰ sex menses successiue mutãt proximos donec in tribus annis mutauerint omnes. et tunc in bono statu existunt omnes in quo perseuerant vsqꝫ ad decẽ vel duodeciꝫ annos. ꝛ cũ sunt in statu dẽtes habẽt pulcros equales ꝛ lõgos ꝛ cũ senescũt minorant de nigrant ꝛ corrodunt.

¶ De infirmitatibus bouꝫ et cura ipsorum

Sciendum est qꝫ egritudines multe accidunt bobus quarũ vna est qꝫ in capitibꝰ eorũ multiplicatur reuma que vulgariter dicit gutta roba ꝛ fit ex superflua comestione ꝛ potu ꝛ ppter nimis humidaꝫ herbaꝫ. ꝛ ex nimia requie ꝛ aeris humiditate superflua. Et cognoscit quia inflant ipsorũ vultus ꝛ oculi. ex qua bos morit si non curet. Sed curat quia statim fleubotomandus est bos infirmus de vena que ẽ sub lingua scilicꝫ qꝫ due quasi coctie seu glandule que sunt ibi signẽtur in pluribus locis cũ punta cultelli bñ incidẽtis ita qꝫ multꝰ egrediatur sanguis. et cũ thure fiat fumigiuꝫ ad nares eius. Item accidunt eis febres ex immoderato labore aut calore. Et morboruꝫ cause vt ait Varro in bobus be fere sunt qꝫ laborent propter estus aut propter frigora. aut propter nimium laborem. vel econtra propter nullam exercitationem. aut si cum exercueris statim sine intervallo cibũ aut potum dederis. Et cognoscũtur cuꝫ febriunt. quia sunt calidi tactu. et maxime

iio.

in lingua ⁊ auribus ⁊ anhelitus ipsorū est spissus et calidus. Quibus subueniri debet cū regimine frigido. s. q̄a laboze omnino cessent ⁊ in loco frigido teneātur ō frondibus salicum ⁊ vitis cooperti. Et comedant frondes salicū ⁊ frigidas herbas ⁊ oꝛdeum coctū infrigidatū ⁊ farinā eius. Et bibant aquā in qua bulierint frondes salicis ⁊ frigidarū herbarum ⁊ oꝛdeuꝫ infrigidatum. Et si vidēbūtur nimio replen de ipsorum sanguine minuat. Item bibāt aq̄m malorū acriū ⁊ prunoꝝ ⁊ ipsa mala ⁊ pruna edant. vel p̄m Marronē curat hic morbus q̄ pfunditur aqua ⁊ pungit oleo ⁊ vino tepefacto ⁊ sustinētur cibo et injcat aliquid ne frigus cedat. Sitienti aqua frigida datur si hoc non pficit demitur sanguis maxime ex capite. Item opilatur ⁊ ingrossatur splen ipsoꝝ. de quo non liberant sed diu sic infirmi existunt. Et cognoscunt. q̄a bulliunt siue tussiunt ⁊ maxime cū trotare cogūtur. Item inflātur boues ex p̄stipatione vel ventositate in ipsoꝝ ventrib⁹ generata. Et cognoscūtur quia si manu vel digito sup fontanellis que sunt iuxta posteriores anchas p̄cutiunt sonat vt timpanum ⁊ visu inflati apparent ⁊ dolore torquentur ⁊ quādoq̄ in terrā se p̄sternūt ⁊ libenter iacent. Curant autē clisteri vel cannulo. de quibus dictū est supra cū tractabat de doloribus equoꝝ. vel cū manu pueri oleo vncta extrabant feces. vel incidat vena caude cum acuto cultello p quattuoꝝ digitos lōge ab ano desubtus. Itē ledunt in collo ex nimia oppressione indecentis iugi. et maxime cū pluuie ceciderint sup collū. Et q̄nq̄ fit ibi ruptura p̄pter humores ibi concursos. que curatur cuꝫ medicinis cōsolidatiuis carniū ⁊ generatiuis cutis scriptis ī curis egritudinū equoꝝ in pluribus locis. et etiā cū aliis quib⁹ mariscalci boum vtunt. et p̄cipue cum vnctione gripe. Itē ledūtur a spinis vel aliis rebus acutis ⁊ duris intrātibus in pedes ipsoꝝ vel alibi casualiter. et q̄bus claudicare coguntur. Et curātur si extrabatur quod intrauit in pedē vel alia parte cū radicibus arundinis tritis. vl̄ cum radicib⁹ diptani superpositis ⁊ pecia fasciatis. Vel cū aliis medicinis de lesione spine scriptis in tractatu equoꝝ ⁊ curātur vt dictū est ibi. Item accidūt eis multe alie egritudines occulte ⁊ alique manifeste. et laxitudines que p̄ueniunt ex nimio labore atq̄ calore. Que cognoscunt ex eo q̄ nō comedunt. vel solitū modū comedēdi mutāt ⁊ libenter iacent. ⁊ ex calore linguam extrahunt ⁊ multe alie mutationes possunt ī eis videri ab his qui eos sanos et incolumes cognouerunt. Boues aūt sani et fortes et agiles cognoscūtur quia facile se mouent cum tangūtur vel pungunt. Et habēt membra grossa ⁊ auriculas eleuatas. Pulcri autem ⁊ fortes generaliter cognoscunt si omnia membra grossa sunt ⁊ sibi inuicē bñ respondent. Possunt etiā alie infirmitates accidere bobus quas cognoscere possunt et curare noueruntoptimi mariscalci boū qui multis annis in talibus sunt experti. Ego autem ea que vere scire potui fideliter scripsi.

¶ De diuersitate seu varietate boum et vaccarum. et de omni vtilitate ipsorum

Ex genere boum e aliqui sunt nigri magni fortes ⁊ quasi indomiti qui bubuli vocantur. non bene abiles ad plaustra et aratra sed in trabēdis per terraꝫ magnis ponderibus exercent. ligati artificialiter quibusdam catbenis libēter morant in aquis. Eorum corpa nō sunt adeo bona vt aliorū boum licet sint valde grossa. Et eorum carnes nimis melancolice sunt. et ideo nō multuꝫ bone neq̄ boni saporis. et licet crude satis sint pulcre tamen cocte turpes efficiuntur Item alij sunt boues quib⁹ cōmuniter vtimur quoꝝ quidā sunt maiores q̄ p̄pter locis planis cōueniunt. Quidaꝫ minores q̄ magis p̄pte exercent in montibus. Et quidam sunt ī magnitudine ac paruitate medij qui vtriq̄ cōueniunt locis. Ampliu

quidam sunt minores quoꝝ carnes tpate sunt cōplexionis. ⁊ ideo bonū nutrimentū humano pstant corpi. et in eo robur ⁊ sanitatem ꝓseruant. Alij sunt etatis pfecte qui ppie propter eoꝝ vires sunt laboribus deputandi. Eoꝝ cornua p soleis calciamentoꝝ sunt optima. Et eoꝝ carnes sunt mediocriter melancolice nō multū cōuenientes nisi habentib⁹ stomachū fortē ⁊ calidū. et bis qui grauib⁹ laboribus exercent. Sūt ⁊ alij senes qui ad labores sunt pigri ⁊ min⁹ vtiles q̄z ꝓdicti. Eoꝝ carnes nimis melancolice ⁊ indigestibiles iudicant. sed eoꝝ cornua bona sunt ⁊ precipue si sint grossa. Cornua boum sunt pectinib⁹ apta. ossa talillis ⁊ puorum cultelloꝝ manubrijs. Et eoꝝ fim⁹ stercorādis agris ⁊ arboribus ac vineis. ⁊ imbuendis granarijs. ⁊ quibusdā alijs vasis ⁊ canistris. Itē vaccaꝝ quedā sunt magne vel medie que ab hominibus tenētur ppter vilitatē generandoꝝ ⁊ nutriendoꝝ vitulorū ⁊ boū. qui plaustris ⁊ aratris humano generi necessarijs deputant. quaruꝝ carnes ⁊ cornua sunt similia masculinis. sed earum lac licet adesum ⁊ caseū sit bonum non tamē eis tollendū sed p nutrimēto vitulorum quoꝝ vita vires ⁊ augmentū optatur matrib⁹ dimittendū. Alie vero vacce sunt pue que solū ꝓpter lac ⁊ caseum retinētur. Et ideo post partū q̄ndecim dieb⁹ elapsis occidendi sunt vituli ⁊ esui boūm deputādi. Quoꝝ carnes tpate ac digestibiles valde sunt ⁊ optime bis q̄ in quiete morantur. Lac vo ⁊ case⁹ satis humano esui competūt. licet nō adeo pfecta vt ouina existunt. Eligende autē sunt tales vacce que non nimis parue sunt. et vbera magna habent.

¶ De ouibus quales emi et eligi debent et de cognitione sanitatis et infirmitatis ipsaꝝ

Oves bone cognoscunt ab etate. si neqz vetule sunt neqz mere agne. nā altere nondū. altere iam non possunt dare fructū. sed ea melioꝛ etas est q̄ sequit spes q̄z ea q̄ sequit mors. Itē cognoscunt a forma. nā ouem esse oportet corpe amplo. que lana multa copiosa sit ⁊ molli. villis altis ⁊ densis toto coꝛpore. maxime circa ceruicē ⁊ collum. Ventrem quoqz vt habeat pilosum esse oportz Cruribus humilib⁹. caudis plixis i italia sed in syria breuib⁹. Itē cognoscunt ex pgenie si agnos solent ꝓcreare formosos. Sanitas ⁊ infirmitas eaꝝ cognoscitur. nam si aperiātur eaꝝ oculi ⁊ vene sunt rubicūde ac subtiles sunt sane. Si vero albe vl rubicunde ⁊ grosse sunt infirme. Itē si capte in pelle colli et ante tracte vix trahi possunt sane sunt. si facile sunt infirme. Itez si manu capiūtur in schima ppe anchas ⁊ stringūt nec flectūtur sunt sane ⁊ fortes. si vero flectuntur sunt infirme. Itē si audacter vadūt p viam sunt sane. si vo molestē capite inclinato sunt egre

¶ Qualiter teneri debent et pasci et in quibus locis

Oportet primū quidendū est vt p totū annum recte pascātur intus ⁊ foris. In stabulo idoneo sint non ventoso. qō magis ad orientē q̄z ad meridiē spectet. Ubi stent solum oportet esse virgultis aut paleis vel alijs straminib⁹ stratū atqz pculiū vt mūdari ac purū fieri ab humiditate vine facile possit. Non enī solū ea vligo lanas corrūpit ouiuz. sed etiā vngulas scabras fieri cogit. Cū aliquot dies steterīt subijcere oportet alia virgulta vel paleas. quo reqescant mollius puriores pulcrioresqz sint. libentius enī ita pascunt. Faciendus quoqz infirmis ⁊ bis que agnos paruos habēt septa secreta ab alijs q̄ eas secludere possis. Hec aūt magis in villaticis gregib⁹ sunt seruāda. Nā in bis que pascuntur in saltib⁹ custodes secū portant crates aut retibia q̄b⁹ cortes in solitudine faciant ceteraqz vtensilia. Longe enī ⁊ late ac varie in diuersis locis pasci solēt. Pascua ouili generi vtilia sunt que vel in noualib⁹ vl pratis siccionib⁹

excitantur. Palustria vero noxia sunt. silvestria damnosa lanatis. Salis vero creb̃a consp̃sio vel pascuis mixta vt̃ cannabulis frequẽter oblata debet pecorus leuare fastidiũ. Nam p byemẽ si penuria est feni vel palee. vicia vel faciliꝰ victꝰ vlmi aut fraxini seruatis frondib⁹ p̃beatur. Estiuis autẽ mensib⁹ pascant̃ sub lucis initio cuꝫ graminis teneri suauitatẽꝫ roxis mixtura cõmendat. Quarta boxa calescente potus puri fluminis prebeat̃ vel putei vt̃ fontis. Medios solis ardores aut vallis aut arboꝛ vmbꝛosa declinet. Deinde cum ardoꝛ infringit̃ ꝛ solũ primo vmbꝛa vespertini roris humescit gregẽ reuocemus ad pascua. Prouidendũ qꝫ est in hoc genere vt pabuli vbertate saturent̃ ꝛ longe pascant̃ a sentibus. que ꝛ lanã minuũt et corpus icidũt. Sed canicularib⁹ et estiuis diebus ita pascende sunt oues. vt capita gregis auertantur semp a solis obiectu. Byeme autem vt̃ pereni solutis gelicidijs ad pascua p̃ire non debẽt. Nã pruinosa herba huic generi morbos creat et tantũ semel aquare sufficiet. Cũ messes sunt facte teneãtur i stipulis. quod est vile duabus ex causis. Nam ꝛ caduca spica saturant̃. ꝛ obtritus stramẽtis ꝛ stercoꝛatione faciunt in annũ sequentem segetes meliores. Per totã estatẽ surgente auroꝛa festinãter mulgeant̃ ne solitũ pastum p̃dant. Et cũ dies incaluerit ducãtur vt calor solis aut ventus vrens nõ possit eis nocere. In vespere autẽ tãdiu foris sint qꝫ recuperent pastũ quẽ p̃diderunt in die. Et cũ redierint p̃spiciant̃ ne sint calide cum in ouilib⁹ includunt̃. Si aũt magnus feruoꝛ fuerit in p̃mis teneant̃ pascuis. ne si longius abierint nõ possint recurrere ad vmbꝛacula. Nec pastoꝛes sinãt eas impoꝛtune aggregari tpe caloꝛis. ꝫ sp moderate dispergãt. ꝛ cũ adducunt̃ calide nõ mulgeantur. Cũ auroꝛa apparuerit moꝛ agniculi ducãt̃. vbi tamdiu sint donec p̃ cipsos ducantur. ꝛ tũc in frigidioꝛib⁹ ducant̃ vmbꝛacul̃s vbi solicite custodiant̃. Cum viderit mane telas aranearꝫ oneratas aqua nõ p̃mittant pascere. Si feruoꝛ fuerit ꝛ pluuia ceciderit non sinãtur iacere sed ad cellioꝛa ducant̃ vbi tanganꝫ a vento semperqꝫ moueantur. Cauẽde autẽꝫ sunt ab herbis supquib⁹ venit arena. Et dicit pastoꝛ expertus qꝫ de mense aprilis maij iunij ꝛ julij nõ sũt dimittende multũ pascere ne impinguent nimiũ. sed de mense septẽbꝛis octobꝛis ꝛ novembꝛis post mediã tertiã sunt tota die dimittende in pascuis vt impinguent inquantum possunt vt melius exire de byeme possint. Autumno debiles precio quoqꝫ mutentur ne imbecilliores eas hibernũ tempꝰ absumat

¶ Quando debent submitti arietibus et qualiter et quanto tempoꝛe sint p̃gnantes et quales debẽt esse arietes et quot oues sufficiunt vni.

Quense aprilis primã ẽ arietũ admissura vt agnos iam maturos inueniat tps hibernum. Fit etiã mense iunij. ꝛ etiã si fiat i mense julij nati ante byemẽ cõualescunt. Secũda fit admissura post mediũ mẽsem octobꝛis vt pariãt circa p̃cipium veris nascẽtibus herbis. Aristotiles asserit si masculos creare velis admissure tpe sic custodies. et aliũ septẽtrionis eligentiũ. ꝛ cõtra cũ ventum greges pascẽdos. Si feminas generari velis austri captãdos flat⁹ ꝛ in eum pascua dirigenda. Aliqui ducb⁹ mensib⁹ arietes a coitu reuocãt. vt facẽ libidinis augeat dilatio voluptatis. Quidã coire sine discretione p̃mittunt vt ei p totuꝫ annũ feturа nõ desit. Quãdiu admissura fit eadem aqua vti oportet. qꝫ cõmutatio aque et lanam facit variã. ꝛ corrũpit veterũ vt ait varro. Cum oẽs cõceperint arietes secernẽdi sunt quia cũ sint molesti obsunt. nec oportet pati minoꝛes ãꝫ bimas salire qꝫ neqꝫ natum ex his idoneuꝫ est. nec nõ ipse fiunt deteriores. Quis p̃gnans est centũ quinquaginta diebus. itaqꝫ admissura fieri debꝫ tali tempe qꝫ prius nascat̃ circa finẽ autumni

cum aer est modice temperatus. ꝛ ꝑmitus oritur herba imbribus prioribus euocata. Eligendi sunt arietes candidissimi in regionibus illis in ꝙbus sunt oues albe. Item mollib⁹ lanis in ꝙbus nō solum corporis splendor ꝓsiderādus est sed etiā lingua. q̄ si maculis fuscabit̄ varietatē reddit i sobole. ꝛ si nigra est nigros creat. De albo q̄q̄z nascitur coloris alteri⁹. De fuscis nunq̄m potest alius creari. vt ait Columella. Eligemus aūt arietē alt̄ ꝑcerum. ventre ꝑmisso ꝛ lanis candidis tecto. Cauda lōgissima ꝛ lata. Cornis cornib⁹ ꝓnis ad rostrū. lana opertus aurib⁹. amplis pectore ꝛ scapulis ꝛ clunibus latis. velleris depressi. fronte lata. magnis testibus. etatis ꝑme. q̄ tamē vsq̄z ad octo ānos vtiliter potest inire. Femina debet bima submitti que vsq̄z ad quinquennū feture necessaria est. āno septimo deficit. Itē ex ꝑgenie animaduertit̄ aries. si agnos ꝑcreat formosos. Centuz ouibus vnus aries sufficere ferī et quotcunq̄z sint centenaria tot arietes sufficere ait Varro.

¶ Quādo debent tonderi et qualiter et quando signari

Ense aprilis locis calidis tondeant̄ oues ꝛ serotini fetus signent̄. Tempatis vero mēse maij celebranda tonsura est ꝛ ꝑcipue cū sudare incipiūt. quādocūq̄z ab equinoctō verno ad solsticiū. vt ait Varro. Sed tonsas oues hoc modo iuuabis. Succum sumes decocti lupini. feces vini veteris eisq̄z miscebis amurcā. ꝙbus in vnū corpus redactis tonsas oues linire curabis. Post triduum si mare vicinū est litori merganť extremo. Si vero alijs locis pascimus aq̄ celesti cum sale paululū decocta sub diuo debebit ouiū tonsor vncta membra diluere. hoc enī modo curatū pecus anno toto nec scabrum fieri dicit̄ ꝛ prolixas lanas crearе fertur ꝛ molles. Sed tribus diebus per annū lotas oues oleo ꝛ vino vngere oportebit. Propter serpentes qui plerūq̄z sub p̄ sepibus latent cedrum vel galbanum vel mulieris capillos aut ceruina cornua frequenter vramus. Si qua in tonsura plagam acceperit is locus pice liquida liniatur. Quidā in anno bis tondēt vt in hispania ac semestres facūt tonsuras

¶ De cognitione etatis ouiū

Dentes ouiuz mutantur post vnuz annum ꝛ dimidiū scz duo anteriores. Et postea post sex menses mutāt̄ duo primi. ꝛ postea mutant ceteros ita q̄ equāt̄ i trib⁹ annis vel quattuor ad plus. Et donec sunt inequales. sunt iuuenes. Quando equales sunt in statu. Quādo discalcātur ꝛ minuuntur ꝛ corrumpunt̄ sunt senes. ꝛ tūc mus eorum fit larus ꝛ grossus. Et stant i bono statu vsq̄z ad octo annos ꝛ quedā vsq̄z ad decē si copiose pascant̄. sed si famē sustinent necessario cito senescūt

¶ Quādo et qualiter debēt mulgeri. et caseus fieri et seruari

Vsq̄z ad festū sancti michaelis bis in die mulgeantur oues ꝛ postea semel. Lac elici potest ne nimis pingues cū arietibus mittantur. ne inoportuno tempe fet⁹ emittāt. Sed post coniunctionē arietū vt pinguesfiant custodiātur. per totā estatē festināter mulgeātur surgēte aurora vt hora ꝓgrua ducātur ad pascua. Omnes silentuz teneant dum mulgeant oues excepto magistro qui tantū oportuna loquat̄. Caseuz coagulamus sincero lacte coagulis agni vel edi. vel pellicula que solet pullor ventrib⁹ adherere. vel agrestis cardui floribus vel lacteficulneo cui serū debet omne deduci vt et ponderibus vrgeat̄. Vbi ceperit solidari: opaco loco ponat̄ aut frigido. et ꝓssus ſꝫ inde adiectis ꝓ acquisita soliditate ponderibus. trito actorefacto sale debet aspergi ꝛ iam durior vehementius premi potest. Post aliquot dies soliditeiā formule statuātur ita ꝓ crates ne inuicez se vnaqueq̄z contingat. Sit autē loco clauso ꝛ a ventis

tz

remoto vt teneritatē ⁊ pinguedines seruet Vicia caseī sunt si aut siccus aut fistulosus est. quod eueniet. si aut parum prematur. aut nimiū sal accapiat aut calore solis vrat In recenti caseo conficiēdo aliqui viridem nucleos pineos terunt. atq; sic mixto lacte congelāt. Aliqui cimini tritū frequenter colatū congelāt. Qualemcūq; etiā sapore velis efficere potes. adiecto quod elegeris condimento seu piperis seu cuiuscunq; pigmenti.

¶ De morbis ouium et curis ipsarum

Dalcitur etiam gonsum sub gula ex fluxu humorum a capite descendētiū. Et pforatur ibi pellis. ⁊ inde quasi aqua paulatim egreditur ⁊ curāt. Itē patiunt grossitiē splenis ⁊ inflātur. et hoc sepius de mense maij ⁊ aplis. ex multitudine sanguinis grossi ⁊ visci si ex quo sepius subito moriunt. Et cōfert eis vnū stecciū duoꝝ digitorū ponere inter nares ⁊ facere q̄ multus egrediat sanguis ex quo quedā liberant et quedā nihilominus morītur. Itē patiunt febres q̄ cognosci ⁊ curari possunt. vt dictū est de febribus in tractatu boum. Possunt etiā eis alie accidere egritudines quas cognoscere et curare nouerūt pastores expertissimi qui totis temporibus suis in sola custodia ouium exercentur. et in talibus solummodo student

¶ De agnis qualiter teneri debēt. et quādo castrari

Cum nascuntur agni vnaquaq; septimana per mēsem sal dei eis abinde in antea omī tpe q̄ntadecima die. Quādo autē separant a matrib⁹ mox tondent ppter pediculos. et quia melius crescunt ⁊ vnaquaq; bebdomada sal detur eisdē. Circa nativitatē domini tunga aut cū matribus. ⁊ hec de agnis Pallad⁹ dicit. Varro autem ait cum parere incipiūt oues pastores eas injciunt in ea stabula que ad eam rem habent secluſa. ubiq; agnos natos recēter ad ignem ponūt. et p biduū aut triduum retinent dū cognoscant matrē ⁊ pabulo se saturent. Deinde cū matres ad pastū cū grege prodeunt retinēt agnos. qui cū reducte ad vesperū fuerint alunt lacte. et rursū discernūtur ne nocte a matribus ꝑculcentur. Hoc idē faciunt mane anteqūm matres in pabulū exeant vt agni fiant saturi lacte citer decē dies. Cum preterierint palos affigunt ⁊ ad eos alligant libro. id ē. cortice aut qua alia re leni distātes. ne de toto die currentes inter se teneri deliberent. id est. destruant aliquod membroꝝ. Si ad matris mammam non accedent admouere oportet. et labia agni vngere butiro aut adipe ⁊ squilla et olfacere labia lacte. Diebus post paucis obijcere bis viciam molluā aut herbaz teneram anteqūm exeant pastū ⁊ cū reuertūt et sic nutriūtur quoad facti sunt q̄drimestres. Interea matres eorū bis temporib⁹ non mulgeant. Cū depulsi sunt agni a matribus. diligentia est adhibenda ne desiderio senescant. itaq; deliniendus. id est. blandiendus. in nutritu pabuli bonitate et a frigore et estu ne quid laborent curandum. Cum oblitione iam lactis non deliberant matrem tunc deniq; compellendū in gregem ouium

¶ De vtilitate ouiū et agnorum

Vtilitas ouiū magna est. nā ex pilis ipsarū fiunt indumēta necessaria et delectabilia ad hominū salutē ⁊ vitam qui quanto sūt subtiliores tanto melliores et maioris pcij. Ex pellibus cuz pilis fiunt pellicie ac fodre pannoꝝ tempore frigoris oportune Et ex ipsis depilatis fiunt calciamenta et carte. Ipsarum lac est ad victū conueniens et satis salubre. quod quāto recentius est tāto melius. et quanto spissius tāto amplioris est nutrimenti. Et ipsius aquositas que est serum est solutiua ventris et colerā educit ab eo. Caseus autē qui ex eo fit nutrimētū

est corporis humani.qui quanto recentior est tanto melior.& quãto vetustior & durior tanto peior.Et qui ex eo est nimis salitus vel nimis viscosus aut nimis frãgibilis non est bonus.vt ait Ratis.sz ille bonus est qui tenet mediuz inter vtrũqz.Caro autez pecudũ est indelectabilis saporis & humida nimis atqz inconueniẽs.nisi forte vilioribus rusticis assuetis qui cõtinuis laboribus exercẽtur.Agnorũ vero caro satis cõuenies est cum fuerit a lacte remota sed castratoz optima.nutrimentum bonum & multũ prebens si annalis fuerit. vt ait Auicenna.Sed si eam etatez excesserit. fit deterioz.et quanto vetustior tãto peior. et ad digerendũ durior.Pelles autẽ et lane agnorum sunt optime atqz ad operimẽtum humani corporis apciores ꝙz matrũ.

¶ De capris hircis et hedis quales debeãt eligi qualiter teneri et quanto tempore sint pregnantes. et de ipsarum etate sanitate et vtilitate.

Qui capruz gregem constituere vult in eligendo animaduertere oportet primum etatez vt ea pareat que tã ferre possit fructũ. et de bis eam potius que diuinus. nouella enim ꝙz vetus est vtilioz.In forma videndum vt sint firme. magne.corpus leue.crebro pilo.sub mento duas vt mãmillas pẽsibiles habeant quia be fecundiores sunt. vbere grandiore sint vt lac multũ & pingue habeant.Hircus cũ similibus sub mento mammillis.gurgulione longo breui plena qz ceruice.auribus flexis & grauibus.paruo capite.nitido spisso & longo capillo.ad ineundas feminas ante annũ congruus. non autẽ durat vltra sexenniuz.Ex capris meliores sunt que bis pariunt.Ex bis potissimũ mares sunt eligẽdi ad admissuras Catho scribit in fiscello seruari esse capras que ex saxo saliunt plus sexagenos pedes. Huic pecori stabula meliora sunt que spectant ad hibernos solis ortus & que lapide aut saxo sunt strata vt caprile minus sit vliginosum ac lutulentũ.Teneri ac pasci hoc pecus debet quasi ouinũ.sed habet ꝓpria quedam ꝙ potius siluestribus salubꝰ delectantur ꝙz pratis.studiose enim de agrestibus salibus pascũtur atqz in locis cultis virgulta carpunt.itaqz a carpendo capre dicũtur.ideoqz in lege locationis fũdi excipi solet ne colonus capriã in fundo pascat.Post autumnũ exeunt in gregez hircorum.quia que concipit post quartũ mẽsem reddit tempore verno.Edi cum trimestres facti sunt submittũtur & in gregem inciptunt esse.Satis magnuz gregem putant esse circa quinquagenas eo ꝙ capre lasciue sunt & se dispergunt.contra oues se congregant ac cõdensant in locum vnũ.Singulis decem capris singuli sufficiunt hirci Ultra octo annos seruande non sunt.Nã hoc genus lõgioꝝ sterilescit etate.Sanas esse capras nemo ꝓmittat.Nunqm enim sine febre sunt vt ait Varro.Accidit etiam sepe vt in corporibus vulnerẽtur eo ꝙ inter se cornibus pugnant.ac etiã spissis & spinosis locis pascũtur.Quibus subueniendũ est vt in curis vulnerũ equorũ dictum est in capitulis plerisqz.Utilitas capraruz est ꝑcipue in pelle et lacte ac edis.Nam ex ipsarum pellibus fiunt optima calciamenta et equorũ selle operiuntur.Lac ipsarũ multum est & humano corpori optimũ & precipue non coagulatũ parũ caseatis habẽs Et qui ex eo fit caseus non est adeo laudabilis vt ouium. Caruz carnes nimie sunt siccitatis et ad digerendum dure existunt. ideoqz male.Sed edorũ carnes sunt optime ad salutem & delectationẽ & precipue lactantium.Et ex ipsarũ pellibus optime fiunt carte ac delicata calciamenta bis conuenientia qui voluptuose viuere cupiũt.

¶ De scrofis verribus et suibus quales debent eligi et qualiter teneri et quanto tempore sint pregnantes et de ipsarum etate sanitate et vtilitate

Verres legendi sūt
vastī ⁊ ampli corpis sed rotundi
potius q̄z longi. ventre ⁊ clunib⁹
magni rostro breui. ceruice glādulis spissa
vnius coloris pon⁹ q̄z varij. libidinosi. an-
miculi. qui v'q3 ad quadrimos inire femi-
nas possunt. Scrofas vero longi lateris
debemus eligere. et q̄bus ad sustinendum
feture onus se magn⁹ venter effundat ce-
tera verrib⁹ similia. Sed in regionib⁹ fri-
gidis densi nigriq3 pili. in tepidis qualescū
q3 puenerint. Iē ex bona ꝓgenie vt porcos
multos pariat. Hoc gen⁹ in omnib⁹ locis
haberi potest. melius tñ agris palustrib⁹
q̄z siccis. p̄cipue vbi arbor fructuosior silua
suppeat. que subinde maturis fructib⁹ al-
terna p annū mutatione succurrat. Locis
maxime graminosis ⁊ cannaz vel iuncti ra
dicibus nutriunt. Sed deficiēnib⁹ alimen
tis p hyemē p̄benda sunt pabula glandiū.
castanearū ⁊ simiłū vel faba aut ordeū vł
frumentū. Hoc eni non modo pinguedi-
nem efficiunt sed etiā carnis iocundum sa
porem. Pastū exigunt estate mane. ⁊ ante
q3 estus incipiat subigunt. id est. vadūt in
locum vmbrosum maxime vbi sit aq̄. Ꝑ
meridiē rursus lenito feruore pascunt. Hy
berno tempe non ꝑus exigūt pastū q3 pru
na eu anuit ⁊ liquefacta est glacies. Porce
ce gregatim more aliorū pecudū claudē
de non sunt. sed aras sub porticibus facie-
mus quib⁹ mater vna queq3 claudatur. q̄
are fiunt superiori pte detecte vt libere nu
merum pastor explorz ⁊ oppressis a matre
fetibus sepe subueniat subtrahendo. Cura
bit autē vt fetus ꝑpios cum vna quaq; p̄-
cludat. plus vero q3 octo vt columella di-
cit nutrire non debet. Palladio autem sex
videnī sufficere. q̄ licet plures valeat edu-
care tñ enimio sueta deficiet. Varro ait q̄
tot porcos parere potest q̄t mamas habz.
si minus pariat fructuariā idoneā nō esse
Si plures pariat esse portentū in quo ill⁹
antiquissimū fuisse scribitur q̄ sus enee la
uini. xxx. peperit porcos albos. Nutritari
octo porci paruuli primo possunt. icremē
to facto a porcis dimidia ꝑs remoueri so-
let quia neq3 mater potest sufficienter le ꝑ
bere neq3 generati roborari. Ad feturam
verres duob⁹ mensibus ante secernēdi sūt
Optimū ad admissurā tempus a fauonio
ad equinoctiū vernum. id est. a kalēdis fe
bruarij ad diē duodecimū martij. ita enim
contingit vt in estate pariat. quattuor eniz
menses est pregnans et tunc parit cum pa
bulo abundat terra. neq3 minores admit-
tende q̄z annicule. melius. xx. menses expe-
ctare vt bime pariant. Cum ceperint dici-
tur hoc facere vsq3 ad septimū annuz recte
Admissuras cū faciunt in luto volutant li
benter. quia illorum requies est vt lauatio
hominis. Cuz omnes conceperint rursus
segregant verres. Verres octo mensiuz in
cipit salire. idq3 vsq3 ad quadriennū recte
facere potest. Deinde ut retro quoad perue-
nit ad lanium. id est. impossibilitatē coeun
di. Sus vsq3 adeo pinguedine crescere so
let vt se ipse stans sustinere non possit neq3
progredi vq̄z. Nam i lusitania fertur sus
eē occisus q̄ fuit inuētus viginti trib⁹ pon
dō. id est. quingentis sexaginta q̄nq3 libris
cuiusq; suis a cute ad os pedem ⁊ tres digi-
tos fuisse. id est. habuisse lardū cum carne.
vno pede ⁊ tribus digitis grossum. vt ait
Varro. Addit etiaz se in arcbadia vidisse
suem qui præ pinguedine non modo sur-
gere non posset. sed etiā in ea murē nidum
fecisse et peperisse mures. Iocunditas scro
fe perpendit quia quod in primo ptu agit
non multū in reliquis mutat. Subulci bi-
nis mensibus porcos sinunt cum matrib⁹
deinde cuz iā pasci possunt secernūt. Por
ci nati byeme fiunt exiles propter frigora.
et quia matres aspernātur eos propter ex
iguitatem lactis. et quia ex hoc dentibus
sauciātur ab eis earū mamme. Binius ē
earum annus bifariam. quia bis pariunt
in anno. quaternis mensibus fert ventrez.
binis nutritat. Aras facere oportz circiter
trium pedū altam et latā amplū paulo ea
altitudine abs terra nedum exire pelit pre

gnans aboꝛtiat. Altitudinis modus sit vt subulcus facile circumspicere possit ne qs porcellus a matre oppꝛimatur. et vt facile purgare possit cubile. In aris ostium esse debet ⁊ lumen inferius altū palmipedale. i. vno pede ⁊ palmo ne porcelli ex ara cū mater prodit transire possint. Quotiensc̃unq; subulcus purgat totiens arenam mittere oportet aut quid aliud quod erugat humoꝛem. Et cū peperit largioꝛe cibatu sustẽtet. quo facilius lac suppeditare possit. In qꝫ bus oꝛdei circiteꝛ binas libꝛas aqua made factas dare solent mane ⁊ vespeꝛe si alia q̃ obijciant non habuerint. Scrofe bis in die lactis causa bibant. Cum porci a mamma depulsi sunt si fundus ministrat dari solẽt pinacie ac scropei ex vuis. A partu decem diebus pꝛoximis non pducunt ex aris matrem nisi propter potum. Elapsis decẽ diebus sinunt exire pastum in pꝛopinquuz locuz ville vt crebꝛo reditu lacte possint alere poꝛcos. Cuz creuerint sequũtur matreꝫ ad pastū. domiq; secernũtur a matribus ac seoꝛsum pascũt. Nutrices subulcus assuescere debet vt omnia faciant ad bucinam. primo cū incluserunt cum bucinatum est aperiunt vt exire possint in eū locuz vbi oꝛdeum fusum sit in longitudine. sic enim minus disperit q̃z in aceruos positū et plures facilius accedunt. ideo ad buccinam cõuenire dicuntur ne siluestri loco dispersi pereant. Castrãtur verres commode annicu li nec minoꝛes q̃z semestres quo facto nomen mutant ⁊ e verribus dicunt maiales. De sanitate suū vnum solū exempli causa dicam. Porcis lactẽtibus si scrofa lac suppeditare nõ potest. triticū frictū dari oportet crudū enim soluit aluum. Vel oꝛdeum obijci ex aqua quoad fiant trimestres. In centū scrofis decem verres satis esse putãtur. Utilitas poꝛcoꝛuz est quia eoꝛ carnes ad cibum competũt recentes et sicce. Et eorum lardum est optimū in condiendis omnibus cibis. Et eoꝛū adeps optima pꝛo calciamentis pꝛseruãdis. et ĩ pluribus vnguẽtis ad curãdas egritudines oportuna. Itẽ est alia vtilitas q̃ vineis immissi necdum turgentibus. et exacta vindemia gramine persecuto fossoꝛes diligentiam imitantur.

¶ De canibus quales debent eligi et qualiter teneri ⁊ instrui et de ipsoꝛum vtilitate

Quis est custos ceius pecoꝛis quod eo comite ĩdiget ad se defendendum. in quo genere sunt maxime oues et capꝛe. eas enim lupus captare solet. cui opponimus canes defensoꝛes. In suillo pecoꝛe sunt qui se defendũt vt sues verres maiales et scrofe. Canum genera sunt duo. vnum venaticũ pertinens ad feras. Alterum quod custodie causa paratur pertinens ad pastoꝛes. De quo dicere intendo. Ad formam huius artis primũ etate idonea parandi sunt. nam catuli et senes nec sibi nec ouibus sunt pꝛesidio et lupis nonnunq̃z pꝛede. Facie debẽt esse formosi. magnitudine ampli. oculis magnantibus. naribus congruentibus. Labꝛis subnigris aut rubicundis. mento suppresso. et ex eo natis duobus dentibus dextra et sinistra paulo superioꝛibus eminentibus directis potius q̃z bꝛochis id est. toꝛtis. habentes acutos dentes labꝛo tectos. Capitibus et auriculis magnis ac flactis. id est. plicatis. grossis ceruicib⁹ ac collo. internodijs articulorum longis. pedib⁹ magnis et altis. digitis discretis ac vngul' duris et curuis. Coꝛpoꝛe suppresso spina neq; eminula. id ẽ. sima neq; curua. cauda grossa. latratu graui. byatu magno. coloꝛe potissimum leonino. Femine veꝛo debent esse mammose. capillis equalibus. Cauendum est ne a laneis. id est. lanificibus. ne ve a venatoꝛibus canes emas. Nam alij ad pec⁹ sequendum inertes sunt. Alteri si viderint leporem aut ceruum eum potius q̃z oues sequuntur. quare a pastoꝛibus emptus melioꝛ est. qui oues sequi consueuit. aut

120.

qui sine vlla consuetudine fuerit. Canis ci facile quid assuescit. Pane bene pascendi cū grege sunt ne ppter famē volens quere re cibum a grege recedat. Noxicine ouis carnes nō patiant pasci ne ducti sapore mi nus se abstineant. Sed dent eis ossa bñ cō tusa. nā ex his dentes fiunt firmiores z os magis patulus ppterea q vehementi⁹ du cuntur. mali acriores q fiunt ppter medul larum saporē. In die cibū capiant vbi pa scuntur vespere vbi stabulātur. Catule tri bus mensib⁹ solent esse pgnantes. In pru si plures sūt eligere oportet quos velis ba bere reliquos abijcere. quāto pauciores re linquūtur tāto in alendo meliores fiūt. Itē substernat eis aliquid quo molliore cubili facilius educent. Catuli diebus .xx. videre i cipiunt. duobus mēsibus primis a pru nō disiungūtur a matrib⁹. Educunt eos plu res in vnū locū z irritant ad pugnandum quo acriores fiāt. Itē consuefaciunt vt alli gari possint. primū lenibus vinculis que si abrodere conātur ne id cōsuescant facere. verberibus eos terrere solent. Quidā nu cibus grecis in aqua tritis vngunt aures z inter digitos eo q musce et ricini pulices ibi stare solēt qō si non fiat ea exulcerantur Ne vulnerent a bestijs imponunt bis col laria ferri habēta sub se lene corū clauulū infixū necollo noceat duricia ferri. Fume rus canū pro pecoris multitudine solet pa rari. Sed in regionib⁹ siluestrib⁹ remotis a villis vbi bestie male sunt multe req̄runt plures. Nā in villatico grege duo sufficūt vn⁹ sc̄z masculus alter femia. eo q simul sūt assiduiores. z idē cū altero fit acrior. Et si al ter eger est ne sine cane grex sit. Quos con suefacias in nocte vigilare et in die clausos dormire

De pastoribus quot et quales de bent esse et qualiter se habere

Ad maiores pecu des necessarij sunt etate ꝑfecti. Ad minores pueri q̄q̄z sufficūt. Ite rum qui in collib⁹ versantur firmiores re quiruntur q̄z qui in fundo quotidie ad vil lam redeunt. Itaq̄z in saltibus licet vide re iuuentutē z eam fere armatā cum i fun dis nō modo pueri sed etiā puelle pascant In die pascere debent greges simul cōmu niter oēs. Contra pnoctare ad suū quēq̄z locum gregē oportet. Omnes esse debent sub vno magistro pecoris z is maior natu et ceteris peritior esse debz eiq̄z omnes alij parere debent. Ita tamen oporteat eum ali os etate precellere ne propter senectutē mi nus sustinere possit labores. neq̄z enim se nes neq̄z pueri taliū difficultatez ac monti um arduitatē et asperitatem facile ferunt. quod pati necesse habēt qui greges sequū tur presertim armenticos atq̄z caprinos q̄ bus rupes ac siluе ad pabulandum conue niunt. Forme hominū legende sunt vt sint firmi et veloces. mobiles. expeditis mēbris qui non solum pecus sequi possint. sed et iam a bestijs ac predonibus defendere. qui onera extollere iniuncta possint. qui excur rere. qui iaculari non omnes ad hanc rem apti sunt. Magistrum prouidere oportet vt sequantur omnia instrumenta que pe cori ac pastoribus opus sunt. maxime ad vi ctū boū z ad medicinā pecudū. Ad quārē hūt iumēta dossuaria dñi. alij eq̄s alij mu los l' asinos. aut alia q̄ on⁹ dorso ferre pos sunt qui in fundo perpetuo manent. Facile habent conseruari in villa que pastoribus necessaria faciāt. Dies autem qui in saltib⁹ et siluestribus locis pascunt. mulieres ad iungere oportet que greges sequantur. et cibaria pastoribus expediant eosq̄z assidu iores faciant. Magister pecoris sine litte ris idoneus non est eo q rationes domini cas conficere nec aliud quicq̄m recte face re potest. Pastorum numerus esse debet ꝑm multitudinem pecudum et genus eaꝝ et diuersitatem locorum pastionis. et ven dentium agnos et facientium caseos. Vel non maior vl minor talis et tantus q̄ opor tuna huic operi omia possit commode ex plicare

De leporario et leporib⁹ ceteris q3 feris animalib⁹ includēdis

Leporarius est locus clausus in q̄ includunt lepores et capreoli et cerui et apri et cuniculi. ceteraq3 alia nō rapacia fera tamē sic antiquit⁹ appellat⁹ eo q̄ lepores precipue includebant in eo. sed omniū borū custodia incrementū et pastio aperta et nota est. ideoq3 breviter explicāda. Itaq3 septa ex materijs circa locū magnū vel puum ꝑm optionē3 vel possibilitatē dñi fiat. adeo alta et cōpacta q̄ neq3 lupus neq3 alia bestia intrare possit neq3 desup trāsilire. Ibiq3 oportet esse latebras in virgultis et herbis. vbi lepores interdū delitescant. et arbores patulis ramis q̄ aquile conatū impediāt. In quo si lepores mares et femias paucos intromiseris breui tpe locus implebit. tanta est fecūditas bui⁹ quadrupedis. Sepe eni cū catulos habēt recētes alios in vētre reptunt habere. Itaq3 q̄ scire volet masculum a femina discernere vt Arcbadi⁹ scribit nature forāmina debet inspicere. naz sine dubio masculus vnū. femina duo inuenitur habere si caute et subtiliter inspiciat. Sed leporū tria genera fere sunt. vnū italicum. pedib⁹ primis humilib⁹. posterioribus altis. supiore pte et dorso bira. ventre albo. auribus longis. q̄ lepus dicit cū ꝓgnano sit tunc cōcipere. In gallia trāsalpina et i macedonia fiunt pmagni. In byspania et italia mediocres. Itez in gallia reperiunt alij alterius generis toti cādidi. Tertij generis est qđ in byspania et puincia et ptib⁹ lombardie sibi coherētib⁹ nascit similis nostro lepori ex quadā pte sed humilis. quē cuniculū appellant. Lepus dr eo q̄ leui pede ambulat. Cuniculi dicto vocabulo nominat. eo q̄ sub terra cuniculos ipsi facere solent vbi lateāt in agris et nemoribus pratis et vineis. Apros habere posse in leporario et capreolos et ceruos nō est dubiū. Recitat autem varro q̄ cū esset in quodā loco qui vocatur ager laurētij in q̄ triclinū erat i emi-

nenti loco vbi cenabat. magistraliter fieri vidit. nā silua erat supra q̄nquaginta iugerum materia septa. Vocat⁹ fuit quidā qui cū stola et cithara venit. et cū cantare iussus esset bucina inflauit. et subito circūfulsit eū et ceteros tāta multitudo ceruoꝝ aprorū et aliorū quadrupedū q̄ valde formosum sibi apparuit spectaculū. Leporarij vtilitas magna est et delectatio maxima. nā ex paucis animalib⁹ inclusis breui tpe habent mltā. quoꝝ carnes esui cōperiūt et habent facile. Pelles āt ꝑ vestimēta et corrigiis sūt oportune.

De piscinis et piscib⁹ includēdis

Qui piscinam habere deliberat ꝑmū eligere oportet locū conuenientē q̄ nullo tpe aq̄ careat. nō eni in alijs pñt durare locis. Ex piscinaꝝ quedā sunt pue quedā magne. q̄dā mediocres. Et iteꝝ quedā sunt fontane quedā stagnee. q̄dā marine. et quedā etiaz fluuiales. Si pue sunt muniant septis ex lignis vl̄ viminib⁹ aut lapidib⁹ ꝓstructis ne lodia vl̄ aliud aial nocēs intrare possit Et funes aut vites supra eā tendant. q̄bus aues terreant rapaces. In eisq3 ponant pisces illi aq̄ conuenientes ex bis q̄ inueniunt in ptib⁹ illis. Nā quidā libēt⁹ stāt in fontibus vl̄ fluuioꝝ aq̄s. alij in stagnis et lacub⁹. nō nulli aq̄ delectant marina. Fit aūt pua piscina ꝑfunda in q̄ntū fossorib⁹ pfūdari possit. Si aq̄ fontana vl̄ fluuial' sit. in ea poterunt cōmode viuere ex bis q̄ sunt i ptibus lombardie. cauedani scardine barbi. et quidam alij pui pisces et forsan bruche. Si vo sit lacualis vel stagnea luti habens cōmodius erunt in ea tinche. que more porcorum delectantur. et anguille viscose. et etiam ceteri parui pisces dūmodo non sit corruptione infecta. Sed lucij non sunt i parua piscina ponendi. quia multos deuorāt pisces licet ranas libenter edant pisciculis inimicas. Sed in magnis piscinis cōmodestare possunt. Q3 si marina fuerit aqua de mari educta omnia genera marinoruz

piscium in ea seruari possunt. Si piscinaz magnam habere volueris oportet ipsam fieri ex magno lacu z stagno i quo sint aq̄ plurime cōgregate niue ac pluuijs aut fontibus vel flumine in eum fluentib⁹ vel etiam aqua marina. quod in plurib⁹ euenit locis. Qz si ex ipso lacu vel stagno aqua p aliquā partē exeat. ibi claudatur taliter q̄ impediatur piscium exitus et non aque Qz si ex aqua dulci consistat poterunt in ea poni ac seruari omnia genera piscium tā magnorum q̄z paruorum in talibus aquis viuētium. Sunt z aliqui pisces marini qui ad aquā dulcem accedētes letant̄ z delectant̄ in ea. et tales similiter poterunt in aq̄ dulci seruari z piscina. Si vero fuerit ex aqua marina in ea ponētur omnia genera piscium marinoz si sit valde profunda nisi sit piscis maximus. vt balena que nullo loco nisi maris pelago claudi potest. Si vō mediocris magnitudinis sit piscina ex bis q̄ predicta sunt facile potest haberi doctrina quales pisces possint in ea includi. Piscine vtilitas magna est quia ex paucis piscibus inclusis breui tempore habentur plures ex quib⁹ plures possunt vendi z plures ad esum haberi

De pauonibus

Completo tractatu animalium quadrupedum nutriendorum ac piscium. de bipedibus z ceteris volatilibus est dicendū. Et primo de pauonibus qui suo decore nobiliores sunt ceteris. Quos nutrire vt egregie ait Palladius facile est nisi fures aut animalia inimica formides. qui per agros vagantur z plerūq̄z sponte se pascunt pullosq̄z educant. Altissimas vespere arbores apetunt Una bis cura debetur vt incubātes per agruz feminas que hec passim faciunt a vulpe custodias. ideoq̄z in breuibus insulis melius nutriunt̄. Vni masculo femine quinq̄z sufficiunt. quod seruandum est vt ait Varro si ad fructum spectes. nā tunc pauciores debent esse mares q̄z femine. si ab delectationem. contra formosiōz enim masculus. Masculi ova et pullos suos persequūtur velut alieni genas. paruſq̄z illis cristarum nascatur insigne. Ab idib⁹ februarij incipiunt calere. faba leuiter torrefacta incitantur ad libidinem si eis quinto quoq̄z die tepida prebeatur. Cupiditatem coeundi masculus confitetur quotiēs circa se amictum caude gēmantis iteruat cum stridore percurrens. Si ova pauonū gallinis supponātur excusate matres ab incubatione tribus viabus per annū fetus edunt. Primus partus quinq̄z ouorum. secundus quatuor. tertius triū vel duorū esse consueuit. Sed electe si hoc placuerit galline sint. que a primo incremento lune nouem diebus habeant nouē ova suppositā. quinq̄z pauonina et cetera sui generis. z decima die omnia gallinacia subtrahantur. et alia gallinacia recentia totidē supponantur. vt completis triginta diebus possint cum pauoninis aperiri ouis. Ova autem pauonina que galline subiecta sunt sepe manu conuertant̄. quia becipse facere vix valebit. vnamquāq̄z partez oui notabis vt cōuertisse cognoscas. Maiores gallinas oportet eligere. nam minoribus pauciora supponas. Cubilia debent eis fieri sb̄ tecto discreta. et a terra eleuata vt neq̄z serpēs neq̄z bestia accedere ad ea possit vt ait Varro. Preterea locum ante se puruz habere debent cubilia. quo ad pastum exeant diebus aptis. Nam vtrūq̄z locum puruz esse volunt be volucres. Itaq̄z pastorez earum cuz vacillo. id est. vadili circuire oportet ac stercus extollere. Natos si ad vnam transferre a pluribus velis. quindeciz vni nutrici sufficiūt. Primis diebus far ordei aspersum vino pullis dabitur vel vndecīq̄z cocta pulticula et refrigerata. Postea adijcietur porrum concisum vel caseus recens sed expressus. nam serum pullis nocet. Locuste etiam pedibus ablatis prebentur. Ita pascendi sunt vsq̄z ad vnum mensem. Deinde ordeum poteris prebere solenniter. Tricesimo tamen quito die

postq̃z nati sunt in agrū tutū ejci possunt comitāte nutrice pascēdi. cui⁹ singultura vocātur ad villā. Pituitas vero ⁊ crudi/tates bis remedijs submouebis quib⁹ gal lina curat. Maxim̄ illis piculum est cuz incipit crista pduci. nā patiunt languores sicut infantes cū dentes eis nascunt. Utilitas ipsoz est quia ipsoz carnes satis bone sunt ⁊z ad digerēdū dure. Masculoz pēne sunt pulcerrime. ideoq; puellis p sertis et alijs ornamētis apte

De fasianis

In fasianis nutrien dis hoc seruādū est vt nouelli ad creandos fet⁹ parent. i. q̃ anno su perioꝛi sint editi. veteres enī fecū dī esse non possunt. Ineant feminas mēse martij vl ap/lis duab⁹ feminis vn⁹ mascul⁹ sufficit. Se mel in anno ferus creant. viginti fere ouis pariendi ort⁹ pcludit. Galline bis melius incubabūt. ita vt q̃ndecim fasianina ova vna nutrix coopiat. cetera sui generis sup/ponant. In supponēdo de luna et diebus que sunt de alijs dicta seruem⁹. Tricesim⁹ dies maturos pullos in lumē mittet. sed p q̃ndecim dies discreto toto ⁊ p̄sperso vino ⁊ refrigerato leuiter ordei farre pascentur. Deinde triticū ⁊ locustas prebebis ⁊ ova formice. Sane ab aque pb beant accessu. ne eos pituita cōcludat. Q; si pituitā pati antur allio cū pice liquida trito. rostra eo/rum debebis assidue pfricare. vel sicut gal/linis auferre. Eoꝛ carnes sunt optime

De anseribus

Anser aquam her/ babamq; desiderat nec sine ipsis fa/cile sustinet. Locis consitis inimi cus est. q; sata ⁊ morsu ledit ⁊ stercore pol luit. Prestat plumas quas autūno vella/mus ⁊ vere. Vni masculo tres femie suffi/cūt. Si desit fluui⁹ lacuna formet. Si ber ba non suppetit trifolū fenu grecū a grestia incuba lactuculasq; palimēto seram⁹. Al/bi fecū diores sunt. varij vel fusci min⁹. q̃a de agresti genere ad domesticū trāsierunt Incubāt kalendis marij vsq; ad solsticiū estiuū. Circa q̃ndecim ova vni anseri suffi ciunt. Incubāt. xxx. dieb⁹. Melius tamen est q̃ gallinis ova supponas q; plus pariet Pariture ad arā poducant cū semel ß fe/ceris consuetudinē sponte tenebūt. Si gal linis anseris ova supponas ne noceat supi positis subijciat vnica. Semie papaueris primis decē diebus pascēdi sunt intus. po stea foras eos poterim⁹ educere vbi vnica non fuerit cui⁹ formidant aculeos ⁊ preci pue in prata ⁊ piscinas aut paludes. Aras eis faciant supra terrā in qua non inducāt plus q̃z vicenos pullos. easq; aras pude/ant ne habeāt humorē. ⁊ molle habeāt sub stramen ex palea. alia ve qua re. ne ve acce/dere ad eas possint mustele. nec alie bestio/le que noceāt. vt ait Varro. Quattuoꝛ mē sibus bene saginātur. nā melius in tenera etate pinguescūt. Polentū dabit ter in die Large vagant. ⁊ ideo pbibeat licētia. Ob/scuro loco claudant ⁊ calido. sic maioꝛes etiā secūdo mense pinguescunt. nā pulli se pe die tricesimo saginant. Melio⁹ ad satie tatem miliū p̄beamus infusum. Inter an/serum cibaria omne legumē p̄stari potest. excepto berebo. Et lupis ⁊ vulpib⁹ rapiun tur. et ideo ab eis custodiēdi sunt. Utilitas anserū est q; carnes pulloꝛ si sunt pinguel et quattuoꝛ mensū nō excesserūt etatem a plurib⁹ appetunt. Et eaꝛ pēne molles opti me sunt p̄lectu. ⁊ dure alaꝛ scriptoꝛib⁹ cō petunt ⁊ saguttis

De anatibus

Anates sunt de na/ tura anseꝛ. ⁊ eodē mō piscinā req runt. ⁊ eodez fere mō nutriunt vt anseres. Libēter comedūt herbā anatinaz q̃ in superficie aque stātis ex solis adustione oꝛit. Oīa reptilia ⁊ vermes ⁊ oīa turpia li/benter accipiūt ⁊ deglutiūt. Utilitas ipsaꝛ est p̄cipue in pēnis ⁊ etiā carnib⁹ ipsarū ⁊ pulloꝛ eaꝛ vtimur. licet satis sint indigesti biles piscose

De gallinis et gallis et ipsorum pullis quales haberi et qualiter teneri debeant

Qui perfectas habere vult gallinas eligere debet fecundas, plerūq; rubicūda pluma nigris pennis, imparibus digitis, magnis capitibus, crista erecta, amplas. Bene enīz ad partū aptiores sunt. Galli sint lacertosi rubenti crista, rostro breui, plene acuto, oculis cauis aut nigris, palea rubea, collo vario aut aureolo, femoribus pilosis, brevibus cruribus, vngulis longis, caudis magnis frequentib⁹ pēnis, vocaferātes sepe. In certamine ptinaces, et qui animalia q̄ nocent gallinis nullo modo ptimescunt sed etiā p gallinis pugnāt. Si ducentas alere velis locus septus parandus est in quo due cauee, id est, mansiones ꝓiuncte sint, que versus orientē spectent, et sint longitudinis circiter decē pedum, latitudinis paulo min⁹ In altitudine paulo humiliores. Utraq; fenestrā habeat tripedalē vno pede altiorē ex viminib⁹ factā raris ita vt lumen prebeant multū, neq; p eas quicq; intrare possit qđ nocere solet gallinis. Inter eas sit ostiū quo gallinari⁹ curator eaꝝ ire possit. In caueis crebro ptice tracte sint vt omnes sustinere possint gallinas, contra singulas pticas in pariete sint cubicula eaꝝ, inde sit vt dixi vestibulū septum in quo diurno tempore esse possint, et in puluere volitari. Dicta cubicula sint exsculpta in parietib⁹, aut affixa firmiter, motus enī cum incubant nocet. In cubilibus cū partuerint palea substerni debet, et cum pepererint tollas substramen, et recēs aliud subijce eo q̄ pulices et alia nasci solent que gallinā quiescere ñ patiūtur, ob quā rem ouа aut inequaliter matureſcunt aut corumpunt. Que velis incubaz, negant pl⁹ .xxv. ouа incubare oportere, q̄uis ꝓpter fecunditatē peperit plura. Palladius aūt, et mulierel nostre vltra decem et septē vel decē et nouē ouа nō supponunt. Fertur tamē q̄ in quibusdā mūdi partibus inueniūtur homines qui furnos adeo temperate calefaciūt q̄ eoꝝ calor equalis est calori galline incubātis, atq; in vno furno seu clibano ponūt multitudinē pennarum paruarū et mille gallinacia ouа, post viginti dies nascunt successiue ac extra pfiliunt. Optimū esse partū ab eq̄noctio verno ad autumnale. Itaq; que antea vt post nata sunt nō sunt supponēda, et ea que subijcias subijcias poti⁹ vetul q̄z pullastris et q̄ rostra aut vngues non habeant acutos. Nā pullastre debent potius in concipiendo et ouando q̄z incubando occupate esse aptissime ad ptum sunt annicule aut bime. Incubantes includere oportet vt die ac nocte incubent, pterq̄z mane et vespere cū cibus et potio eis datur. Oportet vt curator circueat diebus aliquot interpositis, et ouа vertat vt equaliter concalefiāt. Ouа si plena atq; vtilia sint an ne animaduertere potes. Si dimiseris in aquā quod inane est natat, plenum desidet. Quod intelligere potes si concutias. Item ad lucē si sustuleris quod lucet mane est. Ouа oblonga acuta masculos, rotunda feminas tribuūt. In suponēdo ouа obseruant vt sint numero imparia. Ouа que incubant vtrum habeant semen pulli, vel ne curator quadriduo postq̄z incubare ceperit intelligere potest, si contra lumen tenuerit, et purū qđ pniusmodi animaduerterit esse ejcere debet et aliud subijcere. Excussos pullos subducere debet ex singulis nidis et subijcere ei que habeat paucos, ab eaq; si reliqua ouа sūt pauciora tollere debet, et subijcere illis que nondū excuderūt et minus habēt .xxx. Hūc enim gregē maiorem non faciendum ait Varro. Diebus .xv. p̄mis pullis debet objici puluis ne ostriis noceat terra dura, eis q̄z mulū optimū est et lolium et grana minuta tritici satis cōpetunt. Sed gallinarū pabula sūt in q̄bus p̄cipue delectātur. vermiculi, triticū, et fere omnia grana, et precipue dandū est eis lolium qđ eis competit, et est humano corpi inimicū. Vinacie cibo sterilescūt et ordeo semicocto parere cogūt

sepe. ⁊ reddũt ova maiora vt Palladi⁹ ait Pulli parui pferẽdi seu pducẽdi sunt ad solẽ ⁊ sterquiliniũ. vt ĩ eo volutari possint. ⁊ ita validiores fiũt. Cum iam pennas habebũt ꝓsuefaciendi sũt. vt vnã aut duas secent gallinas. vt cetere poti⁹ ad pariendũ sint expedite. q̃z in nutrimentu occupate. Incubare oportet incipere ꝑm nouã lunam. eo q̃ pleraq; q̃ ante incubant nõ succedũt die⁹ fere viginti excudũt. Circum caueal gallinaꝝ incendendũ est comu ceruinum ne serpens accedat cui⁹ odore solet iterire. Multas a vulpib⁹ ⁊ q̃busdam alijs aialibus noxijs patiũt insidias. ideoq; circa loca in quib⁹ vsant extirpanda sũt omia ⁊ remouenda in quib⁹ vulpes latere possunt. ad ponendas insidias. In nocte claudant in caueis circũquaq; munitis ⁊ septis. nec pmittant foris in nocte iacere. Fertur enĩ q vulpes subdola intuet eas q̃ntũcũq; in alto existentes loco. vt videant oculos eius lucẽtes vt faculas. et cauda q̃ baculo q̃dã minatur eis. vt sic pterrite cedant ⁊ eas rapiat. Patiunt etiã insidias miluoꝝ ⁊ quarũdam aliaꝝ auiũ rapaciũ. et pcipue aq̃larum. ꝓtra q̃ tendunt funes vel vites seu vitalbe supra loca in q̃bus de die morantur. Capiant etiã vulpes talpis vel alijs ingenijs. ⁊ milui retib⁹ pisco vel laqueis. Pditurita bis nasci solet q̃ alba pellicula liguã vestit extremam. ℔ leuiter vngulis vellit. ⁊ locus cinere tangit. et allio trito plaga mũdata aspergit. Item allumica alias allij spica trita cum oleo faucib⁹ infertur. Stafisagria etiã pdest si cibis assidue misceatur. Si amaruz lupinũ comedant. sub oculis suis ipa grana pcedunt vt ait Palladius que nisi acu leuiter apertis pelliculis auferant. oculos extinguũt. Pdormulace succo forinsec⁹ et mulieris lacte curare eas affirmat. vel armoniaco sale cui mel et ciminũ equaliter misceant. Pdiculis etiaz plurimũ molestant. et pcipue cũ incubãt quos perimit stafisagria pariter ꝓcussa cũ vino et amari lupini aqua. si penetrat secreta pẽnarum. Utilitas gallinaꝝ est. q̃ ex ipis nascunt ova q̃ nutriũt corp⁹ hũanũ multũ et subito. quib⁹ vtimur in cibarijs infinitis q̃ optime seruari possunt diu si pfricent sale minuto aut muria ꝑ tres horas. Deinde abluant et in furfure vel paleis recõdant. vel si semp teneant in sale. vt q̃dam dicunt. Item ex eis nascunt pulli q̃ cũ adhuc sunt teneri sũt ad cibũ optimi. Et si castrentur fiunt capones. q̃ melius ceteris pullis pinguescũt. ⁊ sũt laudabilis nutrimenti. Caro etiam ipaꝝ gallinaꝝ bona ẽ si adhuc iuuenes sũt ⁊ pingues. Penne etiã ipaꝝ vtiles sunt. q̃ culcitris imponunt.

De columbarijs quales esse debent.

Columbaria duo sũt quibus pcipue pt fieri modis. Aut sup colũnis ⁊ parietibus ligneis muro circũdans lapideo. Aut sup turre ꝺ grosso muro ꝓstructa. et vtraq; nidos seu nidoꝝ foramina potest habere. ſz melior ẽ q̃ in turre de muro q̃z de lignamine ꝓstruitur. et est meli⁹ interius q̃z exterius nidos habere. nam si exteri⁹ habet nidos fim⁹ ipa rum pditur q̃ magne vtilitatis existit. ⁊ earum pulli facile a rapacib⁹ auib⁹ rapiunt. Fiat ergo turris lapidea lata vel angusta ꝑm dñi voluntatem ac possibilitatem. non multũ alta cum parietib⁹ lenigatis ac dealbatis albo cemento. habens ab omnib⁹ quattuor ptib⁹ eius quasdaz breuissimas fenestrellas seu foramina. vt colũbis solũmodo ad introitum exitũq; sufficiãt. sub quib⁹ immediate fiat circuit⁹ q̃dam lapideus eminens circũcirca. q̃ ascensum mustelaꝝ et aliarum nociuaꝝ ferarꝝ impediat. Super tectum fenestram habeat ꝑ quam ingrediantur columbi ⁊ exeant. q̃ libenter ad solem sup tecto morantur. Sit autem fenestra cancellata de lapidib⁹ aut lignis. ne ꝑ ipsam rapaces volucres alis apertis intrare queant. Aidi formentur interius q̃s quidam faciunt rectos et mediocriter strictos. Quidam obliquos occultantes incubantes columbas. q̃dam ꝓterea pio

nidis faciũt fenestrellas latas ac modicuz concauas ac longas, plures cistellas paruos circa parietes et tectũ infigũt. asserentes in his colũbas libenti⁹ incubare. Sed experimento didici quasdam esse colũbas q̃ libenti⁹ in muro q̃z in cistellis nidificãt. quasdam vero contrariũ appetere. Et iterz quasdam esse que libenti⁹ in aperto et sup quacũq̃z re cũ nido et sine nido incubant Et quedam se libentius occultant. Jõq̃z non inutile puto columbariaz cuiuscũq̃z generis nidos habere, vt diuersis colũbarum affectib⁹ satisfaciat. q̃zuis q̃ in muro sũt. a fimo et sercupedib⁹ mũdent facilius q̃ crebro fieri expedit. eo q̃ ab eis cum augmentant plurimũ incubantes columbe ledantur. Est etiam optimuz q̃ intra colũbariam ponant trabes in pluribus partibus. et p̃cipue in circuitu et assides. super quib⁹ tpe pluuiarũ et niuium et tpe superflui estus columbe in magna quantitate morari ac quiescere possint. Sic ei a loco pprio non facile deuiabũt. Mundet etiã crebro ipaz loc⁹ z vndiqz sit decor⁹. nam i pulchra domo sicut et homines morãtur auidius. Et nota q̃ vnũq̃q̃z par tres l'duos ad minus vult nidos habere. licz aliqñ augeant z multiplicent intantũ q̃ replent nidos omnes. et solariũ atqz trabes. et cetera omia.

¶ Qualiter noua colũbaria debz primo muniri colũbis.

IN colũbarijs nouis columbi seues ponendi non sunt. nam recedunt et ad propria reuertunt. Sed ponendi sunt iuuenes. cũ pennas completas habent vel q̃i cõpletas Et ex his q̃ ponunt meliores sunt saxaroli et post ipsos tigrani sic a vulgo ex pennaz colore vocati. Tales enim in columbarijs melius durare cernũtur q̃z ceteri. Albi vero vitentur omino. nam durare nõ possũt eo q̃ ab auibus rapacibus nimis a remotis videntur. Et quanto plures in primis ponentur tanto velocius implebitur loc⁹ Ponendi autem sunt precipue de mense Augusti et Septembris. vel etiam Julij. quia tunc facilius inueniunt cibũ i agris ppinquis. propter quod non elongãtur a columbaria nec perduntur. De mense ãt Martij Aprilis et Maij ponendi nõ sũt propter contrariam rationem. Circa quĩ decim dies ad minus teneantur clausi. ne possint extra egredi. Et si vsqz ad mensem teneantur inclusi erit vtilius. quia tũc erũt pinguiores et ad reuertendum pertiores Nam in primis q̃ndecim diebus macredine afficiuntur. quia tũc bene beccare ignorant. Et cum inclusi morantur. z postea quibusdam dieb⁹ tribuatur eis in columbaria copiose bonus cibus z aqua. Post dictum tempus aperiẽtur tempe nubilo vel sereno. sed cõmodius pluuioso q̃a tũc exeunt z reuertũtur interius. z nõ subito euolant ad remota.

¶ Qualiter sunt tenendi columbi vt libentius morentur et bene fructificent.

QVi nascuntur in columbaria vel parui ponuntur in ea non facile recedunt sz vadũt q̃ñqz ad alias columbarias in quibus inueniunt escam q̃ñ non prebetur eis i sua nec in agris inueniunt. et quasi omẽs postea tempore quo non egent reuertuntur ad suam. et ad hoc valet plurimuz habere suam pulchram et bonam. Et in temporib⁹ quibus non inueniunt escam copiose prebetur eis in sua. quod est cum nix vel fortis ẽ glacies super terrã. et de mense Apr' et Maij aratis stipulis non recedunt. et plurimos ferus edunt. Cibus autem eis conueniens. est frumentũ. faba. vicia. milica. et cetera grana que libenter sumũt. Cẽtumqz parib⁹ columborũ detur granorũ pars octaua diebus singulis. et duplum cuz nihil ommno per se inueniunt. Potus etiam in colũbaria detur eis sufficiens. quotiens aquam nisi valde remotã ppter estũ vel glaciem inuenire nõ possũt

vel ponatur in aliqua re ppe columbariū. ad quam descendere queant. itaqz p̄caput̄ z fere necessarium est eis. q ipoz mansio sit prope locum vbi aqua influat. vnde z bibere z vbi lauari possint. permū de enī be volucres sunt vt ait Varro. Optimū ē q de omnib⁹ granis exhibeatur eis. vt sūt frumentum. faba minuta. pisum. cicercula. vicia. orobum. milica. ordeum. spelta. loliuz. et ceteza grana. vt videatur q̄d libēti⁹ appetant. et id p̄cipue detur eis. vt auidius ibi moz̄entur z plures pariant. Palladi⁹ ait q fetus frequentant si ordeum torrefactum vel orobum. vel fabam sepe ꝓsumāt Dicit etiam q nihil expetunt. nisi vt estate qua maxime pinguescunt. triticū vel milium mulsa semper maceratum accipiant. Est autez mulsa aqua mellita. in qua quecunqz grana mollita sint eisqz data non recedunt et alias illuc ducunt. vt a non paucis asseritur. Aliqui tamen dicunt non referre si sit mellita esca vel non. Cum eis datur esca. detur in vesperis potius q̄z i mane. vt in die procurent escam sibi querere. z qui non inuenerunt extra intus inueniāt Nam si daretur in mane non procurarēt alibi inuenire. Sed tempoze niuis debet i mane tribui. ne exeant ad loca in quib⁹ capiantur cum certum est non posse alibi inuenire.

De officio pastoris colūborum

Pastoz colūboruz

p sepe debet mundare ipoz locum et fimum reponere. q ad agriculturam est optimus. z si quē inuenerit vulneratum curet. si quem mortuum ei̇ciat. Itē si qui sūt nimis feri z bellicosi vt alios ledant. eos inde remoueat. z in alū locuz secretum ab illo per se ponat. Si qui pulli sunt idonei ad vendendum. eos promat cibum et potum cum eis opus erit sufficienter tribuat. Qui solent saginare columbinos pullos quo pluris vendāt secludūt eos cū iam pluma sunt tecti. cibātqz ipos pane cādidissimo mollificato. byeme bis. estate ter quolibet die. scz mane meridie z vespe. Eos vo q iam pēnas magnas habere incipiunt. relinquunt in nido. illisis. id ē fractis cruribus matribus nutriendos et impinguandos. vel extrabunt de pennis vnius ale. nam q ita educantur celeri⁹ impinguantur q̄z ceteri vt ait Varro. Iterū debet eos curare et tueri ab omnibus nocumentis. Leduntur enim et capiūtur ab accipitre. miluo. falcone. ac ceteris q̄busdā animalib⁹ rapacibus. quos occidē potest duabus virgulis viscatis in terrā defixis. inter se curuatis. cum inter ipas posuerit aliquod animal obligatum. sic enim ea facile decapere potest. Palladius preterea dicit. q a mustelis tute fiunt si inter eas vetus proiiciatur sportea qua animalia calciantur. Item dicit oportere rute ramulos plurimis locis suspendere. contra animalia inimica. Itez leduntur a faynis. mustelis. et cattis. z ceteris pluribus animalib⁹ que de raptu auium viuunt. contra que debet custos ostium et omnia loca vnde intrare possent. optime claudere. et scapbas circū quaqz eminentes procurare. ne quid superius p parietem repere possit. Item leduntur ab auibus rapacib⁹ tam diurnis q̄z nocturnis. cōtra quas claudat custos in nocte fenestram. Vel si ea aperta intrauerit auis rapax. z ipe audiat spauentum et strepitum colūboz. intret audacter i eā cum lumine auemqz capiat z occidat. nec curet de exitu columboz. Et ues aūt diurnas cum fisco vel parua reticula capiat et occidat. Fenestram autem de subsellis cācellet z claudat. vt columbi intrare paleāt z exire. non autez auis rapax que solūmodo intrat alis apertis. Item molestantur pulli plerumqz sexcupedib⁹. quod custos inquirat. et nidum eiciat. aliumqz mūdatum ponat. Item nascuntur etiaz varioli circa oculos. q̄ excecant eos. maxie de mense Augusti. q̄ vendendi sunt aut comedendi. cum solo capite sint infecti. Itē recedūt aliquando quia non habent quid edant. contra quod tribuatur eis. vel qz nimium

p z

ab animalib⁹ rapacibus molestant̃ et terrent̃.contra que iuuet ipos custos vt dixi. Item moriũtur ex senectute.nam vltra nouem annos non inueniuntur in colũbarijs durare.vt dicunt experti. Item debet custos ad eos sepe accedere.z quotiẽs in columbariam intrat.aliquam escam modicam tempore congruo secum portare. eosq3 semper aliquo certo et consueto modo vocare.vt magis domestici fiant. Itez debet custos in columbaria tegulã figuli pro aqua tenere que assidem habeat se alicquantulum eleuatam habentem multos et spissos pedes.vasi aque adherentes.inter quos possint caput ponere.et aquam haurire ne ve vas intrare.vt aqua mũda pmaneat.

¶ De vtilitate columbor.

NIhil colũbis fecundius vt ait Varro.nam de bus quadragenis ꝯcipit.parit.incubat.et educat.et hoc fere per totũ3 annũ faciunt.tantũmodo ĩteruallant a bruma. ad equinoctium vernum. Pulli nascunt̃ bini.q̃ simul accreuerunt.et habent robur cum matribus pariunt.sed experti nostri temporis in partibus nostris dicunt q̃ p⁹ sex menses pariunt et non ante. Et donec viuunt.quattuor vicib⁹ et q̃nq3 z sex z amplius faciunt pullos ĩ anno.si escam inueniant vel habeãt abundanter. Q3 si nihil tribuitur eis.ter ad minus pariunt scilz in estate. Pullorum carnes ad esum sũt valde bone.et delectabiles.et libenter emunt̃. Item fimus ipsor est optimus omnibus plantis et seminib⁹.z potest spargi quocũ q3 tempore anni quotiẽs aliquid seritur cum ipso semine ac etiam postea q̃cũq3. Et vna quaq3 corbis ipius equiualet fimi omniũ quadrupediũ vni plaustro. Nam ex viginti corbibus satis cõmode.ex viginti quinq3 bene.ex triginta optime impinguatur bubulca frumenti.si manibus per agrum spargatur equaliter.et cũ ipso grano tũc lato vertatur. Et nota q̃ tria paria columbor in anno faciunt corbem fimi.si columbaria nidos intrinsecos habeat.et quanto magis cibant̃ in ea tanto plus fimi recipietur ab eis.q3 diutius morant̃ in eis colũbarijs q̃3 si semp cogant̃ extra quere victum. Item est alia vilitas.vt generaliter predicat̃.q̃ possunt p nũcijs cũ lris sub cauda vel ala ligatis.ad loca lõgiqua transmitti.si de loco ad quem destinãtur delati sint ad locum vnde mitrant̃. Itez refert Palladius q̃ nescio si est verũ q̃ inducunt alios.si cimino pascantur assidue vel si irci alarum balsami liquore tangantur.

¶ De turturibus

PRo turturib⁹ loc̃ cum cõstituendum prouide magnum vt multitudinem alere velis. Cumq3 recte vt de columbis dictũ est. vt habeat ostiũ ac fenestras et aquam puram.ac parietes munitos tectorio.z in eis habeat multos palos infixos.sup quibus cõmode morari possint et locũ paratũ cõgrue.in q̃ pascantur. Cibatui obijcitur triticũ siccum.centenos vicenos turtures fere semodium. Quotidie purgant̃ eor stabula a stercore ne ledantur.q̃ quidem seruatur.et est bonum ad agrum colendũ. Ad saginandum apissimum tempus est circiter messem.et tũc matres eor plurimos gignunt pullos.in quib⁹ maxime fructus cõsistit. Aucupatores tamen lombardie precipue Cremonetota estate turtures feras retibus capiũt z in domuscula clausam z luminosam includũt.et q3 dãt cõtinue aquam puram et mitiũ q̃ntum sumere volũt.z vsq3 quasi ad hyemem vt post partem autumni seruant.sicq3 q̃ngentas z mille quandoq3 ꝯgregant que ineffabiliter impinguant̃.z sic impinguatas optime vendunt.

¶ De turdis et merulis perdicibus et coturnicibus impinguandis.

Qui uult ꝓpictas q aues vel alias q̄ pingues care ve neunt habere. locū faciat clauſuz, et tegulis vel retbi magno coopertū ma gnū ſm q̄ntitatem auiū q̄s includere vo let. In ꝟ tectū aquā venire oportet ꝓfiſtu lam. et eam ꝑ cānales angustos ſerpere. q̄ facile extergi poſſint. Nam ſi late diffuſa eſſet aqua. inquinaretur facilꝰ z biberetur inutilꝰ. z q̄ ſuperat ad potū auiū. ꝓfiſtu lam exeat. ne luto aues laborent. Oſtium habere debet humile z anguſtuz q̄ cuſtos vix intrare queat. Feneſtras raras ꝑ quas nō videant extrinſece arbores aut aues. eo q̄ earꝫ aſpectꝰ ac deliderū. macreſcere fac volucres incluſas. Tantū luminis locum habere oportet. vt aues videre poſſint vbi aſſideant. vbi cibꝰ. vbi aqua ſit. Circa oſtia ac feneſtras talis ſit munitio ne mus l' mu ſtela vel alia beſtia intrare poſſit. Circa bꝰ edificij parietes intrinſecꝰ. multi ſint pali vbi aues aſſidere poſſint. ac etiā pertice in clinate ex muro ad parietē. q̄bꝰ multe per tice annectant ex trāſuerſo modicis inter uallis ad ſpeciez cancelloꝝ. Cibatui turdo rū ponāt offe glomerate ex ficis z farre mi xtis. ceteris tribuant grana q̄bꝰ vti cōſue uerūt. z ea ꝑcipue q̄ auidiꝰ ſumūt. Biebus vigint anteq̄z vult tollere turdos largiuſ det cibū. z farre ſubtilioꝝ incipiat alere. Cū opus eſt vt ex ꝟ ſumant auiario. excludāt donee in minuſculū auiariū. qđ eſt cum maiore cōiunctū oſtio lumine illuſtriore. ibi cū eū numerū habet excluſū quē ſume re vult. omnes occidit. hoc ideo in ſecluſo clam. ne reliq̄ ſi videant terreant. z alio tē pore venditionis moriant. Utilitas et de lectatio in bis eſt. q̄a viles et parui precij includūt. z impinguari care veneūt. et do minoꝝ eſui ſatisfaciūt ad votum. ꝓ ſe et quibuſcunq̄z voluerint. quoties fuerit oportunum.

¶ De ſedibus apum et loco ipſis congruo.

Qe apib⁹ tractatu rus dicā ꝓmo de ipaꝝ ſtatiōe ſeu ſedibus. De q̄bꝰ dicit Palladiꝰ q̄ locari debent in aliqua parte orti ſecreta. z aprica z calida et a ventis remota. Nā ipi ꝓhibēt pabula ferre domū vt ait Virgiliꝰ Non longe a dominicalibꝰ domibꝰ. vt fu rū z acceſſus boim pecudūq̄z ſubmoueat Ubi ſit abundantia floꝝ. q̄s vel in herbis vel fructibꝰ. vel etiā arboribꝰ. procuret in duſtria. Sint aūt arbores a ſeptentriona li parte diſpoſite. fons vel riuus ſit. qui for met humiles trāſeundo lacunas. Varro aūt dicit idem. ſcz q̄ iuxta villā dominicaz ſed poniſſimū vbi nō reſonent imagines. id eſt. voces eco. hic enī ſonꝰ fuge exiſtima tur eſſe procerum. Item eſſe debere dicit in aere temperato. neq̄z eſtate frigido. neq̄z hyeme nō aprico vt ſpectet poniſſimuz ad hybernos ortus. i. ad eam partem in qua hyeme ſol oritur q̄ ppe ſe loca habeant ea vbi pabulū ſit frequens z aqua pura. Virgiliꝰ vero addit q̄ ante eaꝫ boſpitia frōdē tes arbores eſſe debent. Item dicit q̄ in aq̄ q̄ ibi ſtabit iners ſeu pfluet debent conjci tranſuerſe ſalices z grandia ſaxa. vt ponti buſ crebris poſſint ꝓſiſtere z alas pandere ad eſtiuū ſolem. Item ait Palladiꝰ q̄ po dia trinis alta pedibꝰ fabricent. z ope alba rio lenigent ꝓpter lacertaꝫ ceteroꝝq̄z ani maliū noxam. q̄bꝰ eſt moris irrepere. et ſu per hec podia aluearia collocent. ita q̄ im bre penetrari nō poſſint. ſpaciolis iter ſe di ſtantibꝰ ſegregata. Item vt Virgilius ait a loco apum abeſſe debent oues z edi qui floribꝰ inſultant. Item vacce ne roꝛē deglu tiant. z ſurgentes atterant herbas. Item ab eſſe debent ſtelliones z lacerte ac irūdines cetereq̄z aues nocue que inſidiant z nocēt eis. Abſit etiam grauis odoꝛ ceni. et qua rūlibet aliaꝫ rerum.

¶ De aluearijs qualia eſſe debeāt.

Aluearia meliora ſūt vt Palladius ait. que corex

formauit.maxime raptus ex subere. qz nō trāsmutant vim frigoris vel caloris. Posſunt tū ex ferulis fieri. ſi hec deſunt ſalicinis viminib⁹ fabricent. vel ligno cauate arboris aut tabulis. ficulia deterrima ſunt. que z byeme gelantur. et eſtate feruescunt Angustus tamen aditꝰ admittat examina ꝓpter frigoris iniuriam z caloris. ſane ventis frigidioribꝰ paries alius obſiſtat. Aditus omnes ſoli opponant byberno. qui in vno cortice. duo vel tres eſſe debebunt ea magnitudine. q̄ apis magnitudinem non poſſit excedere. licet etiam noxijs aialibꝰ. ingreſſu reſiſtat angusto. Vel ſi apes voluerint obſidere exeuntes. alio vtent ingreſſu nam ſi aditus nō ſūt angusti vt ait Virgilius. frigore mella cogit. i. cōgelat hyems. eademqz calor liq̄facta remittit. vtraqz vis apibꝰ pariter metuenda eſt. Sed ꝓ magna parte boues noſtri ipſis vno ſolo mediocri ſeu magno vtuntur foramine infra mediam aluei partem. Item debent aluearia eſſe magna. ꝓ magno examine. parua ꝓ paruo. licet in paruo ſepius examen emittant. qz duo examina in paruo ſimul eſſe nō poſſunt. Alia autem ſeu longa ſine vno pede z dimidio. duobꝰ etiā aliq̄n. z lata circa duos ſemiſſes. aut modicū vel plꝰ vel minus. Vir aūt expertiſſimꝰ mihi aſſeruit q meliora ſunt aluearia quadrata ex tabulis conſtructa q̄z rotunda Et melius q ia ceāt anterius parū declinia q̄z erecta. quoz cōmode poſſūt acies vna ſup aliam collocari. et hec aluearia fundū ab vtroqz capite habere debēt taliter diſpoſitū. q inde facile poſſit remoueri cū opꝰ erit de melle tolli. Fundus anterior habere duo foramina parua. z poſterior vnū i ꝑte infima debet. ꝓ q̄ ab vtraqz parte ingrediantur. z egrediant apes. Retulit etiam ſe inuenire meliꝰ ipſas laborare. q̄n aluearū interius eſt obſcurū. q̄d argumentū eſt. q foramia debeant eſſe parua. et rimule oēs aluearij optime ſigillate. Ad quod multum facit earum induſtria. Videmus enim q foramina magna circa byemem cera obturāt foramine ſolo relicto ad formam ipſarū.

¶ De apibus qualiter naſcuntur.

Apes naſcūtur partim ex apibus. partim ex bubulo corpore putrefacto vt ait Varro. ſz modum ſilet. Virgilius autem ait. magiſtrum archadium ꝓmum huius rei fuiſſe autorem. et inuenisſe modum. Eligitur ergo locus anguſtus parietibꝰ clauſus. anguſtiqz imbrice tecti. habens quattuor obliq̄ feneſtras. tunc vitulus bimus queritur. huic gemine nares et ſpiritus oris. multum reluctanti obſtruitur. plagiſqz ꝓmpto. tonſa viſcera ſoluuntur per integram pellem. ſic poſitum in loco clauſo relinquunt. et ramea fragmenta coſtis ſubijciunt bimum videlicet caſſiaſqz recētes. hoc geritur cum zephirus ꝓmo ſpirat. antēqz prata vireſcant. et antēqz irundo veniat. nidumqz ſuſpendat. tunc humor vitulꝰ tepefactus eſtuat. et apes creat. q̄ primo ſine pedibus apparent mox ſtridentes pēnis miſcentur. et in aera eleuantur.

¶ Quales emi debent et quando et qualiter inueniantur et deferantur.

In apibꝰ optime ſunt parue varie rotunde vt ait Varro. In emendo emptorem oportet videre an valeāt. an ſint egre. Sanitatis ſigna. ſi ſunt frequētes in examine. et ſi nitide et ſi opus quod faciunt ē equabile ac lene. Minus valentū ſigna. ſi ſunt piloſe et horride vt puluerulente. Prouidendum etiam vt plena comparent aluearia. quam rem vel inſpectio. vel murmuris magnitudo. vel frequentia cōmeantis et remeantis examinis ꝓbat. Si trāſferende ſunt in alium locū. id facere diligenter oportet. z tpa q̄bus id potiſſimum faciās animaduertendū. z loca q̄ trāſferas idonea putandū tempa. vt verno potius q̄z

byberno. Nam byeme difficulter consuescunt translate manere. itaqz fugiunt plerumqz. si ex bono loco transtuleris et vbi idonea pabulatio non sit fugitiue fiunt. Ex vicina potius q̃z longinqua regione transferende sunt ne terreantur aeris nouitate. Si vero sunt longius aduebende. collo nocte portẽtur. nec collocare nec aperire aluearia debemus. nisi vespere instante. Speculemur deinde post triduum ne omne suas tanuas egrediatur examen. Hoc enim signo fugam arripere meditãtur. non tamen creduntur fugere. si sterc⁹ p̃mogeniti vitulꝰ alliniam⁹ oribus vasculorum. vt Palladius ait. Mense Aprilis vt idem ait. locis apertis apes quaeremus ac p̃mo q̃z longe aut prope sint explorem⁹ Rubricã liquidam vel quid aliud tingẽs breui vasculo geramus infusam. et obseruemus fontes. aut aquas vicinas. tunc dorsa apum bibentium tangantur illo liquore tincta festuca. et ibidem morem⁹. si cito reuerse fuerint quas tinxerimus. bospitia earum proxima esse cognoscimus. si tarde spacio longiore submotas pro mora temporis estimamus. ad proxima facile veniet. ad longinqua hoc genere perduceris. Canne vnum internodium cum suis recides articulis et in latere aperies. ibi mel exiguum mittes et iuxta fontem pones cum ad id peruenerint apes atqz ingresse fuerint post odorem. foramen pollicte apposito claudes. vnam tantum patiaris exire. cuius fugam persequere. ea tibi partem demonstrabit bospitij. Cum eam ceperis non videre statim emittas alterã et sequaris. ita singule subinde dimisse. te facient vsqz ad locum examinis peruenire. Aliqui mellis breuissimũ circa aquas ponunt in vasculo. de quo cum apes aquam degustauerint ad commune pabulum pergens alias exbibebit. quarum frequentia subinde crescente notata volantiuz parte vsqz ad examina persequeris.

¶ Qualiter tenende ac procurande sunt apes.

Custos apũ pro/ curare debet vt circa ipaz loca sit abũdantia florũ q̃s vel in berbis vel frutib⁹. vel etiã arboꝛib⁹ pcuret industria. Herbas nutriat. organuz. timũ. saturciam. serpillum. violas. amaracum. iacinctum q̃ iris vel gladiolus dicitur. narcissũ crocum. ceteraqz berbas suauis odoris et floris. In fructib⁹ q̃z sint. rose. lilia. rosmarinus et edere. In arboꝛib⁹. amigdal⁹. persicus. pirus. pomiferaqz arbores. q̃b⁹ nulla amaritudo respõdet floꝛi vel succo. Silueſtria vero glandifera. robora. buxus. terebintus. lentiscus cedrus. tilia. ilex minor tinus et taxi remoueantur. supradicta enim dulce mel efficiunt. ceteꝛa saporem mellis rustici prebent. vt ait Palladius. Ea precipue sunt serenda. si pabulum naturale nõ est. vt dicit Varrõ. que maxime sequũtur apes. ea sunt. rosa. serpillum. apiastrum. papauer. faba. lens. pisum. olimum. capũ medice maxime. citisum quod valẽtib⁹ vtilissimum est. etenim ab equinoctio verno florere incipit. et permanet ad alterum equinoctium autumnale. Sed apium aptissimum ad sanitatem est ad mellificium tibimum. Bis aquam liquidam vnde bibãt esse oportet. eamqz propinquam. que nõ fluat vel in aliquem locum influat. ita vt ne profunda sit vltra duos aut tres digitos. in qua iaceant teste aut lapilli. super quibus assidere et bibere possint. In qua diligens est habenda cura. vt aqua sit pura. quod ad bonum mellificium pdest vebementer. Et quia non omnis tempestas grandinum vel pluuiarum aut venti vel frigoris eas ad pastum prodire longius patiꝛ. preparandus est bis cibus. ne melle cogãt solo viuere. aut relinquere exinanitos alueos. Igitur ficoꝛum pinguiũ circiter. x. pondo decoquunt in aque congiis sex. quas coctas i offas sepe apponũt. Aliꝰ aquam mulsam in vasculis vt sint prope curant. in qua addunt lanã purã p quaz

fugant vno tẽpe.ne potu nimiũ impleant aut incidant.z singula vasa ponunt ad alueos. Illij vuam passam z ficũ cũ pistaue runt effundũt in saxpam.atqz ex eo factas offas apponũt ibi.ad qs in hyeme ad pabulũ procedere possint. Uerno aũt tẽpe et estuo fereter in mense mellari⁹ inspicere debet fumigans leuiter eas.et a spurcicijs purgare alueũ.z vermiculos eijcere. Preterea vt animaduertat ne reguli plures exi stant.inutiles ei sunt ꝓpter seditiões. Nã duo sunt genera ducũ. vt Democrates et Virgili⁹ scribunt.niger z varius q̃ melior est.debet ergo mellari⁹ interficere nigrũ. q̃ alteri regi seditiosus est.et corrũpit alueum eo q̃ fuget.aut cũ multitudine fugeẽ. et sic sedabitur apũ pugna vt Virgilius scribit. Mense Maij vt ait Palladi⁹ incipiũt augeri examina.z in extremis fauorũz partib⁹ maiores creant apicule. quas aliq̃ reges putant.sed greci oestros vocãt et necari iubent.qz requiem ꝓcutiũt q̃lescẽtis examinis. Nunc papiliones abũdant q̃s necare debem⁹. Item circa initiũ Nouembris a sordib⁹ liberandi sunt aluei. q̃a tota hyeme eos remouere aut aperire nõ possum⁹.sed hec die aprico tepidoq; faciẽda sunt.vt pennis maxime auiũ maior q̃ habent rigorem.vel aliq̃ simili oĩa interiora mundent q̃ man⁹ nõ valebit attingere. Tunc oẽs rimas q̃ sunt extrinsec⁹ luto z fimo bubulo mixtis liniam⁹.et insuper genestris z alijs tegumentis ad portic⁹ similitudinẽ operiam⁹ vt a frigore possint et tẽpestate defendi. Bonus custos mẽse Septembris debz aluearia vetusta cognoscere et plena z grauia q̃ in estate nõ ediderũt examina vendere aut apes occidere.et facere mel z ceram.eo modo q̃ infra i suo loco dicetur. Item debet custos vt experti affirmant.tenere in estate aluearia cũ subtilibus fragmentis tabularũ paululũ eleuata q̃ apes vix ingredi et egredi possint.sed nõ lacertule. In hyeme vero cũ fimo bubulo optime obturata. Item cũ nimis depauperant melle.qõ cognoscitur visu si delubtus inspiciat.vel pondere. vel meli⁹ facto supra partem mediam paruo foramine. ac pipm mũda vgula intromissa. exhibeant eis mel vel pullum assatũ aut alias carnes. Item dicunt si alue⁹ pinguis est. dimittat hyeme sup sedibus suis. si macer reponat in domo i loco obscuro preparato.ne mures obsint.

De nocumentis apum et cura ipsarum.

Prouidendum est vt dicit Varro.ne infirmiores a valentioribus opprimant.eo ei minuitur fructus.itaq; infirmiores secretas earũ rege occiso.subijciũt sub alterũ regẽ. q̃ crebrius inter se pugnabũt.aspergi eas oportet aqua mulsa.quo facto nõ modo desistunt pugna.sed etiam conferciũt se lingẽtes.eo magis si melle sint asperse. q̃ ꝓpter odorem auidius applicant se.atqz obstupescunt potantes. Si ex alueo nimis frequẽtes euadunt ac subsidit aliqua pars.subfumigandum.et prope apponendum aliq̃d bene olentium herbarũ.maxime apiastrũ et thimũ. Prouidendum vehementer.ne propter estũ aut propter frigus dispereãt. Si quando subito imbri in pastu sunt oppressi aut frigore subito quod raro accidit vt decipiantur guttis offense iacent prostrate colligendum eas in vas aliquod.et reponendum in tecto tepido.et bono aere tepido.magis tamen calido q̃z frigido eijciendum super eas.et excutiendum leuiter vas vt eas manu non tangas. et ponendum in sole quo reviuiscant iuxta suos alueos.vt ad domicilia redeant. Si vero egre sunt quod bis cognoscitur signis vt Virgilius ait.q̃ cõtinue est egris ali⁹ color.horrida macies multũ dẽformat corpa mortuaz.extra efferũt.alie pedibus annexe ad limina pendẽt.aut ĩtus i edib⁹ omnes certant.ignaueq; fame sunt.et cõtracto frigore pigre.tunc son⁹ auditur grauior. et susurrant vt in siluis murmurat

auster.⁊ vt mare stridet refluentib⁹ vndis et vt clausis fornacib⁹ rapid⁹ estuat ignis. tunc eis galbaneos incende odores et in cannalib⁹ arundinis mella exhibeas. et p̄ derit si galle contrite saporem admisceas. aut arentes rosas.aut frusta caricis assata p̄beas.aut vuam passam aut cetropium. thimum vel centauream.aut radices berbe q̄ a rusticis vocatur amella ponet odorifero bacho ⁊ in canistris ad foces apum et ꝑ berba cognoscitur q⁹ in prato oritur ⁊ tollit stipitem velut siluam.⁊ e⁹ folia plurimū circūfunduntur.ei⁹ flos est aureus. et asper in ore sapor. Fugem⁹ etiam vt ait Palladi⁹ lacertas ⁊ ranas.⁊ cetera animalia que sunt apibus inimica.aues etiaꝫ crepitaculis terreamus. Mense Martij maxime solet apibus morbus incurrere. Nam post hyberna ieiunia tiliamalli ⁊ vlmi amari floribus q̄ primus nascuntur auidius appetitus.solutione ventris intereūt. nisi affueris velocitate remedij. Prebebis ergo maligranati cum austero vino grana ꝓtrita. et in vasculis refrigerata ponantur. Q⁹ si horride videntur atq⁹ contracte corpore ⁊ mortuarū corpora frequenter efferre cannalibus ex canna factis mel cum galle puluere vel sicce rose coctum debebis infūde. Illudante oīa expediet. vt putres partes fauor.vel vacuas ceras quas aliq̄ casu examen ad paucitatem redactum non valebit implere.semper recidas acutissimis ferramentis subtiliter.ne pars alia mota fauorum.cogat apes domicilia concussa deserere. Si ꝓpter abundantiam flor⁹ mel le tantum.sed de prole nil cogitant. ⁊ videris nimietatē mellis interiectis trinis diebus clauso foramine.non eas patiaris exire.ita ad generandū se cōferent. Nunc circa kalendas aprilis curandi sunt aluei vt omia purgamenta tollantur et sordes.q⁹ tpe contraxit hyberno.et vermiculi ⁊ tinee et aranee quib⁹ corrumpitur vsus fauor et papiliones qui stercore suo vermes faciunt. Modus aūt occidendi papiliones hic est.vt Palladius ait. Vasculuꝫ eneuꝫ altum ⁊ angustum vespere inter aluearia collocemus.et in eius fundo lumen ponamus accensum.illuc papiliones cōuenient. et circa lumen volitabunt. et angustia vasculi.ab igne proximo interire cogent. tūc fimus stercoris bubuli sicci adhibeat.qui aptus est apum saluti.que purgatio frequens vsq⁹ in autumni tempora celebrat Hec omnia ceteraq⁹ efficiet custos cast⁹ et sobri⁹.et alienus ab allijs et a cibis acerbis ⁊ odoris imundi atq⁹ oīb⁹ salsamētis.

¶ De moribus et industria apum et vita ipsarū.

APes non sunt solutaria natura vt aquile.sꝫ vt homines.nā in his est societas operum et edificior. In his ratio atq⁹ ars. foris pascuntur.intus opus faciunt. nulla harum assidit in loco inquinato aut in coqui male oleat. Et si quādo in aere dispersę sunt cimbalis et sonis.se reducunt in locum vnum. Regem suum sequūtur quocunq⁹ it.et fessum subleuant.⁊ si nequit volare sustollunt q⁹ eum seruare volunt.neq⁹ ipe sunt inoperantes.nec non odiunt inertes. itaq⁹ impetum facientes a se eiciunt fucos.q⁹ bi neq⁹ adiuuant.et mel ꝓsumūt. quos vociferantes plures persequuntur et pauce. Preter ostium aluei obturant oīa q̄ venit inter fauos spūs.oēs vt in exercitu viuūt.atq⁹ alternis bouꝫ dormiūt ⁊ op⁹ faciūt pariter.⁊ vt ī colonias mittūt. Hanq⁹ duces faciūt q̄dā ad vocē. vt imutatōne tube.tūc id faciūt.cū iter se lig̃ pacis ac belli habēt. Ex malopunico ⁊ alparago. cibū carpūt solū. Ex olea arbore mel.sꝫ nō bonū Duplex misterū prebet ex faba apiastro. cucurbita.⁊ brasica.cera.⁊ cib⁹. Idē ex malo ⁊ piris siluestribus. Ex papauere.cera ⁊ mel. Ex nuce greca.triplex misterū fieri dr Et ex lapsano cib⁹ mel ⁊ cera. Si ex alijs floribus ita carpunt vt alia ad singulas res sumant.alia ad plures. Item ex alia re faciunt liquidum mel. vt ex cicere flore.ex alia econtra spissum vt roremarino. Sic

ex alia re mel insuaue.vt ex fico.et ex cinsi bonū.et ex thimo optimum.vt ait Varro Virgili⁹ ꝓterea ait.q ipe aulas ⁊ cetera regna fingunt. Sepe etiam errando ī duris corib⁹ attriuere alas.vtroq; animam sub fasce.id est.ponere debere. Tant⁹ ē amor florū et generandi gl'a mellis.licet sint breuis vite. Nam vltra septennium nō viuūt q̄uis earum genus maneat immortale.

¶ Quādo quare et qualiter exeūt examina.et quomodo p̄scitur earum exitus.

Examen exire solet vt scribit Varro.cum apes nate ꝓspere sunt nutrite.et ꝓgenies in colonias mittere volunt.vt olim crebro sabini fecerunt propter multitudines liberorum.quod duo solēt p̄ire signa. Unus q superior⁹ diebus maxime vespertinis horis multe ante fo;amen vt vue.alie ex alijs pendent ꝛglobate. Alterus.q cū iam euolature sunt.aut etiam inceperunt.consonant vehementer.vt milites ⁊ populi faciunt cum castra mouent.qui ꝓmo cū exierunt in conspectu volitant.reliquas q̄ nō dum exiuerunt expectantes donec omnes conueniant. Virgilius aūt scribit q aliq̄ exeunt ad pugnam.nam sepe duobus existentibus regibus.oritur magna discordia inter eos et eor sequaces.quod cognoscit quia tunc in aere sonus magnus ad modum tubarum auditur.dum trepide iter se coeunt.penniseq; corusc̄ant.spiculaq; exacuunt rostris.aptantq; lacertos.⁊ circa regem miscentur et densantur.magnisq; vocant clamoribus.in hostem tunc erumpunt ⁊ concurrunt.et mixte glomerantur et magnus fit sonitus. ꝑcipitesq; cadunt densiores grandine ⁊ glande cum decutit Ipsi reges per medias acies ingenti animo inter se bellant.fulgentibus alis nec pugne cedunt.dum fuga illum aut illum victor terga dare coegit. Hi motus animor atq; huiusmodi tanta certamina.iactu exigui pulueris quiescunt. Verum cum ambos ductores ⁊ acies reuocaueris.deteriorem ne amplius obsit dede neci.et meliorem repone in aula.nam duo sunt genera melior est aureus.alter horridus. Itez exeunt aliquando ob inanem delectationez. vt idem Virgili⁹ scribit.quia p aera volādo ludūt quod facile p̄hibere potes. Eripere enim debes regibus alas ne in altuz volare possint. Palladius autem scribit q futura fuga seu exitus examinis p̄scit quoniam per biduum aut triduum ante acrius tumultuantur et murmurant. q̄d apposita frequenter aure cognoscitur.

¶ Qualiter examina sunt colligēda et includenda.

Cum custos apū cū videt examen exiuisse.atq; in aere permanere.statim debz pulue rem in eas eijcere.⁊ alicuius rei sonuz fortiter facere vt territe lōge nō eant.si se ī aliquo loco p̄ximo suspendant. Et cum viderit vbi se ponere volunt.herbas vel ramulos arborum in quibus delectantur ī perticam bene ligatos ibi apponat.vt sup ipsos se suspendant.et cum oēs ibi conuenerint.eas in terram deponat. et alueum super eas colloc̄et in quem intrabunt.in p̄pio loco vbi stare debebunt.vespere collocandum. Uel paruum alueum odorifero vino aspersum qui aluarolus vocatur cum pertica ponat in eum locum vbi se suspendunt.in quem per se vel fumo ingredientur.et cum omnes intrauerint. depo nantur sub vno scamno spacioso foxato. et nouus alueus optime purgatus.et vino odorifero aspersus.⁊ feniculis viridibus aut alijs odoriferis herbis.et pauco melle perfricatus supra eum apponatur. remoto superiori fundo alueoli. vt in nouam per se vel beneficio fumi domum intrent.cū qua vespere ī suo loco ponāt. Qz si iam in aliq̄ loco se suspenderint. incidat acuto ferro ⁊ suauiter deponat ⁊ sup eum

locetur nouꝰ alueus vt predixi. vel supra eas colloceꝫ alueolꝰ ⁊ fiat vt dixi. cū in herbis vl ramulis annexis ad pernicā se suspēdūt. Q; si examen integrū colligere nō potes in duabꝰ vel pluribus vicibꝰ ipm colligere potes. et quālibet partem sub alueo collocare. Q; si contingeret te regem cum vna parte habere. omēs alie particule ad eum venient ꝑ seipsas. et si iam in aliquaz arborem perforatam intrauerint. ad locū vnde intrant et exeunt admoueaꝫ alueolꝰ et per aliquod magnum foramen sub apibus nouiter factum immittaꝫ fumus. vt i alueolum fugiant desuper collocatū. vel in ramusculos ibi apositos si alueolꝰ ibi nō babeꝫ. et sic inter plures vices poterūt omnes haberi. Vel eadez arbor si subtilis est cū serra recidatur acuta desuper atqz infra. et peste munda cooperta tollatur. ⁊ in nouū alueū expellaꝫ. Vel per se in edibus collocetur. aut ex ipsa arbore expellantur in totuz. et cū se in aliquo ramo suspenderint vel suspendere volunt. fiat vt dictū est de bis q̄ sponte recedunt. Si autem se suspenderint in berba vel frutice vel alto loco supra quem nouus alueus possit poni non est aliud agendum nisi q̄ in eo recipiatur et super postis vespere colloceꝫ. Itez si se suspenderint in aliquo alto vel inepto loco de quo predictis modis haberi non possit. excutiantur longissimis pertics vt in terram cadāt. vel in congruo loco se ponant. Custos autez cum talia procurat vt Palladiꝰ scribit. debet esse purus ⁊ ab omni immūdicia ⁊ odore alicuiꝰ acredinis vel alterius mali saporis liber. Item sollicitꝰ et attentus habens semper aluearia noua parata quibꝰ recipiaꝫ examinū rudis inuētus. Nam nouelle apes vagantibꝰ animis nisi seruent effugiūt. Exeūtes in aditu suo morant. vno aut duobꝰ diebꝰ. q̄ statim nouis aluearijs excipiende sunt. Obseruabit aūt custos assiduꝰ vsqz ī octauā vel nonā horam de mense precipue Junij. cū signa future fuge perpendet. q; post bas horas nō facile fugere aut emigrare ꝓsueuerunt q̄zuis alique statim et procedere et abire non dubitent. Item cū ad pugnā exierunt et se in ramo vl alio loco suspenderint pluere vel alia re compulse. inspiciat ⁊ si pnius veris educatione pendebunt. noscat aut vnum regem esse omnibꝰ. aut reconciliatus vniuersis manere concordiā. Si vero duo vel plura vbera suspendens se populus imitatur et discordes esse. et tot reges esse q̄t vbera confitentur. Ubi globos apum frequentiores viderit. vncta manu suco mellis opbilli vel apij reges requirat sunt aūt paulo maiores et oblongi. magis q̄z cetere apes rectioribꝰ cruribus. neqz grādioribus pennis. pulchriores et nitidi. leues absqz pilo. nisi fronte pleniores quasi capillum gerunt in ventre. quo tū nō vtūtur ad vulnus. Sunt et alij fusci atqz bursuti quos oportet extingui et pulchriores relinqui. Qui si frequenter vagantur cuz examinibus suis alis seruentur ereptis. Ꝑ enim manente nulla discedit. Si nascūt nulla examina. duoꝝ vl plurium vasculorum possumꝰ in vnū conferre dulci tamē liquore aspersas apes atqz inclusas tenebimus. apposito cibo mellis. Exigua tamē respiramina relinquam⁹ in cella. Q; si velis aluearium cui per aliquam pestē multitudo subducta est populi subductōne reparare. considerabis in alijs abundantibꝰ ceras fauorum ⁊ extremitates que pullos habent. et vbi signum nascturi regis inueneris. cum sobole sua recides. et in idem aluearium pones. Est autez boc regis futuri signum. inter cetera foramina q̄ pullos habent. vnū maius ac longius velut vber apparet. Sed tunc transferende sunt quādo eroſis cooperculis ad nascendū maturi. capita nituntur exerere. Nā si imaturas trāstuleris interibūt. Si aūt se subitum leuabit examē. strepitu eris terrēt ac testule. tūc ad aluearū rediet. vel in prima frōde pendebit. et inde in nouū vas berbis consuetis ⁊ melle ꝑspersuz manu attrabaꝫ vel trulla. Et cū in illo loco requieuerit. vespe inter alia collocetur.

¶ Quando et qualiter poteſt apibus de melle accipi.

Menſe Junij ſm Palladiū aluearia caſtrabūt. q̄ matura eſſe ad mellis reddi-tum ſignis plurib⁹ inſtruemur. Primus ſi plena ſunt apum ſubtile murmur audi-mus. nam vacue ſedes fauor velut ꝛcaua edificia. vocē q̄s accipiūt in mai⁹ extollūt quare cū murmuris ſon⁹ magn⁹ ꝛ rauc⁹ ē agnoſcim⁹ non eſſe idoneas ad metendū crates fauorum. Item cum fucos que ſūt apes maiores grandi intentione perurbāt matura mella teſtantur. Item ſm Varro nem ſignum eximendor fauorū eſt ſi itus faciūt globū. Item ſi fauor foramina ob-ducta ſunt quaſi membranis q̄ tūc plena ſunt melle. Caſtrabūtur aūt aluearia ma-tutinis horis cum torpent apes. nec calori bus excitantur. Fumus admoueat ex gal-bano et ardo fimo bubulo quē i pulmēta rio ſiccis carbonib⁹ ꝓuenit excitare. quod pas ita figuratū ſit. vt anguſto ore fumus poſſit emittere. atq̄ ita cedentib⁹ apib⁹ re-cidentur mella. Ad examinis pabulum ℔ tpe pars quinta fauor dimittit. Vane pu tres aut vitioſi faui de aluearijs auferāt. Menſe etiam Octobris aluearia caſtra-būtur mō p̄dicto. q̄ tñ oportet inſpicere. et ſi abundātia ē demere. ſi mediocritas. par tē mediā p hyemis inopia relinquere. Si vō medietas apparet in cellis. nihil plus auferre. Sed Varro ſcribit q̄ pars ter-tia fauor tantūmodo tollat. ꝛ reliquū p hye-me relinq̄t licet plena ſint aluearia melle. Verus ſi metuas duram venturā hyemē. nil plus auferre. vt Virgilius ſcribit. Ui ri aūt noſtri temporis valde exp̄ti in talib⁹ affirmāt. q̄ mel debet eis accipi ſemel tan tum in anno. et ℔ a fine Auguſti vſq̄ ad medium menſem Septembris. ꝛ cera cor rupta. tūc et ante quandocūq̄ auferri p̄t ita q̄ mel parum debet auferri vel multū habito reſpectu ad paucitatem vel multi tudinē mellis in alueo exiſtentis. et ad par uitatem vel magnitudinē examinis nutri endi. dūmodo vltra quartam partem ali cui non tollatur. Modus aūt accipiendi de alueis ſtantib⁹ eſt vt claudatur cuz ber ba foramen vnuz vel plura ſi ſint. ne apes exire poſſint. et deſubtus cum pāno molli vel palea fiat fum⁹ vt ad partem aluei ſu-periorem aſcendant. et plicato alueo inci dantur faui cum ſubtili cultello frequēter in aqua poſito. ne cera adbereat. et ne re manentes ledantur. Si vō alueus iaceat. faui fieri incipiunt in parte poſtrema. aſſi di ſuperior annexi. et bi p̄mo melle implē tur. Ultimo in parte anterior laborāt ibi q̄s morātur omēs. ideoq̄s fund⁹ poſterior ſecuri aperiri poteſt. q̄ ſic diſpoſit⁹ eſſe de bet vt facile aperiat. et fauis mellitis furti ue ſubtractis. reponat fundus in loco ſuo Apes aūt cum hoc cognouerint omēs ac cedunt ad vacuatum locum replendum. et cum ip̄m reparauerint. et oia cōpleue rint. ad partem anteriorem redeunt. ibiq̄s morantur. exq̄ aperte ſciri poteſt q̄ locum vacuum impleuerūt

¶ De melle et cera cōficiendis.

Mel ex fauis ſiue apib⁹ fit ℔ modo. Ex fauis an teq̄s p̄emantur. tollant ſi que ſunt ibi partes corrupte ac pullos haben tes. q̄ malo ſapore mel corrūpunt. et con quaſſati immūda ciſta ponantur. et ſic di mittant donec p ſe paulatim fluxerit mel vel etiam aliq̄ pondere p̄ſſi. q̄ fluxerit ē mel crudum pulcherrimū. Deinde coq̄t mel cum cera vt infra dicetur. Cū cōquaſ ſatis et occiſis apibus fit hoc modo. Mē ſe ſeptembris accipiātur aluearia grauia vetuſta. q̄ p̄cedenti eſtate non ediderunt examina. et ſupra fumum et flāmaz palea rum alueus modicum teneatur. vt apes ſuperius fugiant. vel ſibi alas comburāt Deinde reuolue cooperturum aluei ſup terram. ꝛ cū vāgetta ferrea incide baculos exiſtentes in alueo. et optime cum eadem mel cerā et apes ꝛquaſſa. Deinde reuolue

alueum et coopertorium remoue. ipmqz alueum super stangetta mascelli mundissima pone. ac cum vangetta fac in mascellum descendere mel et ceram, que postea i forti tascula pone. quã cum ligaueris forti ter exprme aliquo modo stringendi. vel cũ vite magistrorũ lignaminis. vel inter duas assidiculas positas in duabus stangettis. in parte inferiori ligatis. vel in vna cõcha posito assidc ac ponderib9 super ipa stangetta. vel inter duos baculos quos duo tenent homines. et terti9 partem suprema stangette fortiter torqueat. q quod fluxerit est mel crudum. q si pluries dupletur stangetta forti9 q melius compmetur. Deinde vero quod in tascha remanserit. ponatur ad ignem lentum in cacabo. q sine feruore calefiat. et semper tene man9 in vase. cerã qz minutatum aperias. donec mel et non cera erit integre liquefactũ q cũ mel ex calore ceperit paululũ pungere manus. omnia in tascha repone. iterũqz preme vt supra. nec est damnosum si non premat acerrime. vt de melle aliquid remaneat cere admixtum. cũ longe minus valeat mel q̃z cera. Et ß quod fluxerit. mel coctum vocat. q̃d in vasculis dz poni ipsisqz apertis paucis diebus haberi. atqz in sũmitate purgari. donec musti refrigerato calore deferuear. Vel nobili9 illud erit. quod ante expssionem secundam effluxerit velut spõte. Cera q̃ post fluxum mellis in tascha remanserit. siue apes admixtas habeat siue non. ponatur in cacabo mundo. in quo sit tanta aqua vel pl9 vt cera extat. Hec adignẽ teneatur donec sit liquefacta integre. semperqz cũ spatula vel aliq̃ baculo agitetur. et in dicta tascha grossa ponatur. q fortiter compmatur. vt in situlam vel catbinũ habentem aliq̃d aque cadat. ubiqz stet donec sit optime congelata. tunc eleuetur. q ab omni sordicie q̃ sit inter ceram q aquam mundetur et seruetur. Et si placuerit vt pulchrior adducatur. sine aqua iteruz calefiat. q in vase aque madido cuiuscũqz forme placuerit iterum reponat. Quicq̃d in tascha remanserit abijciatur. et ipa in aqua calida lauetur et ad fumũ ponatur. et sic diu valde durabit.

De omni vtilitate apum.

In apib9 utilitas magna consistit. si locum idoneũ habeant. et prudenter ac solicite pcurentur. Nam ex paucis breui tempore multa examina fiunt. nisi magna pestis temporis eis obsistat. nam in anno semel bis et plerũqz ter pariunt. q examen emittunt. et sine magnis expẽsis ac labore tenẽtur. licet non sint totaliter negligende. ex q̃buscum augmentum receperint. vel usta quinqz vel sex annorũz que parere desierit etate. magno precio quia multam habent ceram vendere potes. et noua seruare. Faciunt etiam ceram que maxime necessaria est regibus q prelatis. q quibuscũqz personis vt notum est omnibus. que satis magno venditur precio. Et quod ampli9 est. die noctuqz bonorem exhibet regi eterno. Item faciunt mel in maxima q̃ntitate. qõ valde vtile est tam ad cibuz q̃z ad medicamina infinita. Ad ipsarum vtilitatem probandam refert Varro duos fuisse milites in hispania fratres. ex agro falisco locupletatos. quib9 cum a patre relicta essz parua domuscula. et agellus non sane maioris iugere vno. circa totam domum aluearia fecisse et ortum habuisse. et reliquũ locuz ac spacia thimo et cutiso semine operuisse. ac etiam apiastro. Hos nũq̃z minus vt per eque ducerent dena milia sextaria ex melle recipere esse solitos. Unde ait Persius Nec thimo satiantur apes. nec fronde capelle.

Explicit liber nonus.

f

¶ Incipit liber decim⁹ De diuersis ingenijs capiẽdi aialia fera. Et primo ponitur prologus.

ANtiqui philosophi q̃z intellect⁹ a deo excelso illustrat⁹ est. vt vtilia hũano generi cognoscerẽt intelligẽtes q̃cũq̃z sub celo sũt ad vtilitatẽ hoim eẽ creata. subtili cogitauerũt ingenio. qualiter aĩalia aerea terrestria ⁊ aquatica. q̃ ppter peccatuz primi parẽtis bomini nequaq̃z obediũt capere possent. Inuenerũtq̃z mltas cautelas quibus boies vsi sũt. ⁊ suis ingenijs successiue infinita addiderũt ingenia plurib⁹ ignota. Jõ q̃z cũcta q̃ scire potero. ĩ sequẽs reducere ũẽ do. ¶ primo tractãs q̃b⁹ modis capiuntur auel. ¶ scõo bestie siluestres. Tertio pisces De auibus aũt qualiter capiũt cũ auibus rapacib⁹ domesticatis. cũ retibꝫ. cum laqueis. visco. balistis. arcub⁹. ⁊ alijs q̃busdam modis. Et de bestijs qualit̃ capiũtur cũ bestijs domesticatis. cũ laqueis. retibꝫ foueis. tatolis. ⁊ alijs modis. De piscibus etiã q̃b⁹ modis capiunt cuz retibꝫ. astis. hamo. et calce.

¶ De auibus rapacib⁹ in genere.

PRudentes antiqui videtes q̃sdã aues paera volãtes alias capere. caute laborauerũt auiũ rapacium genera domesticare. vt q̃s plus capere nõ poterãt. eaz auxilio sibi querãt. Et borũ ꝑm⁹ inuentor dr fuisse rex Baucus. q̃ diuino intellectu nouit naturã accipitrũ ⁊ falconũ. ⁊ eos dẽ domesticare ad predã instruere. ⁊ ab egritudinib⁹ liberare. ¶ post quẽ alij multi fuerũt. q̃ plura ipsaz auium rapacium scientie addiderunt.

¶ De accipitre.

ACcipiter est auis nota. Et ei⁹ q̃dem natura ẽ. vt vigilat de raptu aliaz auiũ ⁊ ideo solus et nũq̃z socĩat⁹ incedit. qz ĩ preda nõ cupit habere sodalẽ. ⁊ q̃ntũ ꝑt ad rapiẽdũ ppe terrã volitat. ne ab auib⁹ q̃s capere intẽdit videri possit. Alb⁹ oĩb⁹ q̃dem quib⁹ instinctu nature cognoscit. ⁊ eũ cũ vidẽt aut sentiũt garriũt. fugiũt. ⁊ se q̃ntum possũt occultãt. Hec auis velocissimi volat⁹ est in ꝓncipio sui mot⁹. sz postea lent⁹ ẽ et volat⁹. ⁊ ideo nisi statiz rapiat. ab auis psecutõe desistit. ⁊ sup aliquã arboẽ aduc sepe indignat⁹ se ponit q̃ vix ad dominũ vult redire. Inueniũt etiã accipitres ĩ alpibus q̃busdã nidificare. ⁊ meliores omibus sũt vt ferũt. q̃ nascũt ĩ alpe de bruca vl⁹ brusia in sclauonia. Boni etiã nasci dicũt. q̃ nascunt in alpib⁹ q̃ sũt in cõfinibus verone ⁊ tridenti. Ex ipis q̃dz sũt parui. q̃ cõmuniter vocant accipitres. Et quidã magni q̃ vocãt astures. sũt ei de genere accipitrum sicut cornus ⁊ gracul⁹ eiusdẽ generis sũt. et canis paru⁹ ⁊ magn⁹. ⁊ idem ĩ pluribus aialib⁹ est videre. Et accipitrũ q̃dam sunt maiores. ⁊ hi sũt femine. q̃ sũt maiores ꝓgenitores. ⁊ q̃dã sũt minores. ⁊ vocãt muschiti et sunt masculi. qui pauce vtilitatis existunt.

¶ De pulcritudine accipitrũ et cognitione bonitatis ipsoz

ACcipitrũ pulchritudo cognoscit. si sũt magni. curti. paruũ habẽtes caput. pectus ⁊ spallas grossas ⁊ amplas. tibias grossas. pedes magnos ⁊ expãsos. ⁊ pẽnaz colores nigrũ. Et bonitas q̃dẽ cognoscit. qz de nido extract⁹ melior est. ⁊ a dño raro fugere ꝓsueuit. hic vocat nidasi⁹. Vel q̃de nido egressus. de ramo in ramũ matrem sequit. q̃ ramari⁹ vocat ⁊ optim⁹ eẽ ꝓsueuit. Secũdi meritu ẽis. q̃ postq̃z de nido volauit. capt⁹ fuit anteq̃z pẽnas ĩ feritate mutaret q̃ sorus vocatur. Sed q̃ post tale tempus capt⁹ fuit. raro ꝓsueuit cũ boib⁹ viuere vel morari. si tñ pmaneat. bon⁹ est. qz ĩ feritate fuit solut⁹ aucupari. Et q̃nto animosior videt ⁊ audacior ꝑ affectũ ⁊ melioz morum. tanto ab expertis melior iudicat

¶ Qualiter accipitres nutriuntur domesticantur. et instruuntur. et quales capiant aues. et qualiter mutantur.

Nutriuntur autez nidalij z ramarij bonis auib⁹ et carnib⁹ pluries in die paulatim i hora. vt magis dñm suū diligāt. Possunt etiā eis dari oua i parapsidib⁹ fracta z agitata. z i aquā feruentē precta. z postea cuz digitis simul pstricta. Idem fit i sorīs a pncipio. sed cū optime puati et domestici facti sūt. semel tantū sūt in die pascēdi p⁹ tertiā cū digestionē cōpleuerint. et non ante. qō p gorgam vacuataz cognoscitur ab expertis. et si cibus de gorga vsqz ad diem sequentē nō descenderit. tantundē sine cibo dimittantur. Item pt bis in die cibari secure si cibū inueneris descēdisse de gorga. et qtiēs ℔ videris cibare secure poteris. nisi velis eodem die vel seqnti aucupatuz accedere. qz tūc accipitrem famelicū esse oportet. vt auidi⁹ predā petat z facilius ad dñm reuertatur. Domesticātur āt si plurimuz tenentur in manu. z maxime in aurora tēpestiue. et inter multitudinē hoīm. z i rumore molendinoz z fabroz et similiū. Instruuntur vero nidalij z ramarij. naz ceteri sūt in feritate instructi ℔ mō. Ciberur hora nona bono cibo. z seqnti die teneatur in loco obscuro vsqz ad nonā. Deinde accipiat z portetur ad locū venatōis et non dimittatur pmo ad aregazas vel gazas. neqz ad perdices. qz nimis sūt fortes. et si eas supare nō posset. debilitaretur ei⁹ audacia. sz dimittatur qualeis. turdis. z merulis. z similib⁹ Qz si vis vt gazas capiat. habeas vnā captā z mlias pēnas ei⁹ ab alis auferas. z qdā i aliq fossato absconsus. ante pspectū accipitris eam pjciat. et ei accipiter dimittatur. Capiūt āt qualeas. et perdices aregazas. z glanderas siue gazas. z mlias alias aues vt merulas. turdos. passeres z bis similes. Mutantur vo qlibet anno. nam ponunt de mense Martij vel Aprilis in gabia magna. spāliter ad ℔ facta. z posita ad solē i loco calido veluti iuxta muros plage meridionali oppositos. Et cōpletur mutatio pēnarū ei⁹ in pncipio Augusti. et i plurib⁹ i medio. z qbusdā in fine. et in qbusdaz non cōpletur omīno. Et ad ℔ valet si bñ pascātur bonis carnib⁹. z pcipue auiū z ouoz. vt bene impinguētur. tūc ei optime mutāt et qdam dicūt ad ℔ valere abū stellionū z bissarū. et testudinū et lacertaz. Et aliqui psideranter depilant eos. vt noue pēne nascantur veloci⁹. sed ℔ modo multi iam sūt destructi.

¶ De industrijs aucupationis. et inducendi accipitrem vt a domio nō recedat.

Caueat dominus c accipitris ne aliq mō ledat eū. sed cū viderit eū iratū z nolentē stare sup manū vel pertica. suauiē tangat eum z ipm eleuet. si pendeat. z qntū potest cōsideret mores z voluntatē ei⁹. et in oib⁹ voluntatez e⁹ sequatur. et semp in manu eū cibet nec sibi in aliq pradicat. qniam accipiter est valde indignātis nature. Preterea cū iuerit aucupatū. nō emittat ipm nisi viderit eū bñ appetere predā. z maxie ad aregazas. et gazas et glanderas. nec eum nimis a remotis dimittat. qz cū nō pt attingē auē sepe indignat⁹ recedit. et aliqn in arborem ascendit. nec ad dñm vult redire. Item nō fatiget dñs accipitrem vltra modū nec sit tantū auid⁹ multitudinē qualeaz vt aliarum auiū habere q euz destruat. vel irasci faciat. Ez cū eas ceperit qs videt accipitrē libenter appetere. sit pzent⁹. et ex ipa preda eum cibet. vt sibi suam venatōnē sentiat p fuisse et incitetur in amore venandi.

¶ De egritudinibus accipitrum. et deipsoz curis.

Accidit accipitri vt calefiat vltra natūrā et cōplexionē suā intantū quandoqz vt

febriat.ꝛ tunc erit tactu calid⁹ꝛ videbit̄ tristis.qđ qñqz euenit ex solis spirit⁹ inflāmatis ex nimio labore vel alio accidēte. Et qñqz ex bū oub⁹ putrefactis.in aliq̄ pte corpis ei⁹. Et tūc si macer ē.parū ꝛ sepe cibetur ex carnib⁹ pullor̄ ꝛ paruar̄ auiū.a passerib⁹ tñ tūc abstinere melī⁹ ē.qz multū calide cōplexionis existūt. Et dicte carnes dētur sibi i reb⁹ naturaliē frigidis īuolute.vt in seminib⁹ cucurbitar̄ ꝛ cucumerū tritis. aut i muscilagie p̄silij alias pilli.ꝛ similiū Vel paulisper coquāt i syrupo violato et similib⁹.ꝛ sibi dent̄ ꝛ ponat̄ i loco frigido ꝛ obscuro sup pernica pānis lineis īuoluta. in lucis frigidis plerūqz infusis. Et qñqz infrigidat̄.ꝛ digerere cibū ñ p̄t ꝛ tūc silr est tristis.ꝛ tactu frigid⁹.ꝛ color oculorū mutatur ad pallidit̄atē ꝛ discolorationē.ꝛ tūc teneatur i loco calido.ꝛ suauiē in manu teneatur ꝛ ponetur.ꝛ paulisper qñqz ad volandū mittatur.ꝛ dētur sibi carnes auiū.ꝛ p̄cipue passerū ꝛ pullor̄ masculor̄ ꝛ pipionū cocte aliq̄ntulū i reb⁹ calidis.velut in vino.vel aqua in q̄ sit saluia vel menta vel maiorana.vel pulegū ꝛ similia.ꝛ inuoluāt̄ur i melle.vel puluere seminū feniculorū et anisorū aut caminī.ita tñ q̄ nihil omīno sibi detur.nisi p̄us oīs cib⁹ de ei⁹ gorga descēderit. Et si macer ē plus ꝛ sepi⁹ cibetur. Si pinguis.min⁹ ꝛ rari⁹. In vtroqz tñ casu tēperate cibandū ē.donec fuerit liberat⁹ Qz si nullo mō digerit cibū,sz eū oīno rettinet. dicūt experti q̄ accipias corrane.et ligā illud cū vno filo.ꝛ fige cuz vna pēna in gulā ei⁹.ꝛ postea trabas filū.ꝛ sic pastum ejciet. Item accidūt ei sercupedes.ꝛ tunc vnge pernicā ei⁹ vel pannū circa eā inuolutū.cū suco marelle vel absinthij.ꝛ sic dimittatur ad solē de mane vsqz ad ternā. Item accidūt ei qñqz lūbrici.ꝛ tūc da sibi sup pastū sucū folior̄ persici.aut puluerē santonici.ꝛ liberabitur. Et qñqz patitur gutā in articulis ale aut corpe.ꝛ tūc minue ei⁹ sanguīe.aperiēdo modicū venā.q̄ sub ala aut corpa existit.cū i ea patitur. Itē accidit eis podogra.q̄ pueit ex delcēlu humor̄ gutta rū.in nodis pedū et digitor̄.ꝛ tūc curāt cū lacte herbe q̄ lactarola vocatur. vngendo ex eo eor̄ pedes.ꝛ vngēdo ex eo pānū lineū ꝛ ip̄m ponēdo sup pernicā.sup q̄ teneat̄ ac cipiter donec erit rupta podogra.ꝛ tūc auferat̄ pān⁹ꝛ ex sepo inungat̄ podogra.donec fuerit liberat⁹.

De asture.

Astures sūt de natura accipitrū.sic̄ i tractatu accipitris ē dictū. Et cognito pulcritudinis ꝛ bonitatis eor̄ ē sic̄ accipitrū.et nascunt̄ i alpib⁹ ꝛ nemorib⁹. Et domesticāt̄ ꝛ instruunt̄ ꝛ nutriunt̄ sicut accipitres. Capiūt autē perdices.coturnices.faisanos.ꝛ agbirones.ꝛ multas silres aues.sc̄z anates anseres.cornículas. et q̄s oēs aues q̄bus mittunt̄.et cuniculos.ꝛ lepores paruos ꝛ magnos.licet eos sine auxilio canū. retinere non possint. Feriunt etiā capriolos paruos.et eos impediūt adeo q̄ canes eos capere possunt. Mutantur vt accipitres.et eedem egritudines eis accidere possunt.ꝛ eodem mō curāt̄ur. Verūtamen fortiores sūt nature.ꝛ ideo nō de facili infirmāt̄ur ꝛ morīūt.et nō requirit̄ in eis tanta diligentia.et sic nō facile recedunt a dominis.

De falconibus.

Falco est auis que de raptu viuit.ꝛ solus incedit ad p̄dam.sic̄ omne volatile rapax.p̄pter causā i accipitre assignatā. Hec auis mirabilis ē volat⁹ in p̄ncipio.medio.et in fine.q̄ fursū rotādo ascēdit. inferi⁹ intuitū figens.et vbi videt anatē anserē aut gruē sicut sagitta claudis alis ad auē cū vngue posteriori lacerandā descēdit. Qz si eā nō tetigerit.pseq̄t fugientē.et sepe cū auē in fugā p̄uersā capere nō p̄t adeo traseit p̄eam q̄ post ip̄am q̄dam furore volitās.a dño nimiū elongatur.adeo q̄ nō redit ad ip̄m. Hec auis valde animosa ē.et nobilissimi generis. Falcones p̄mo dicūtur venisse d̄ mōre gelboe q̄ in partib⁹ babilonie est.ꝛ inde venerūt in sclauoniā ad palum nudū.

deinde sparsi sūt p q̄sdaz alios montes ar duos.in quib⁹ inueniuntur.

¶ De diuersitate falconum.

Falconū quidam sūt magni.q̄ falcones communi noīe dicuntur.z q̄dam parui qui vocātur hysmerli.Ex magnis q̄dam sunt nigri.q̄dam respectiue sūt albi.et quidam rubei ex cōitu p̄dictoz inuicē generati.vi delicet cum trizolus vni⁹ p̄dta socia sua. cū altera p̄miscetur Et hm̄oi oēs falcones sūt femine.et eorū mares trizoli siue trizelli vocantur.sic dicti.q; simul tres in nido nascuntur.scz due femine.et tert⁹ mascul⁹ et ꝓpterea trizol⁹ vocatur.q̄ nō sūt tāte v̄tutis vt femine.z sūt valde minores q̄z ip̄e

¶ De pulcritudine et nobilitate falconum.

Pulcritudo et nobilitas falconū cognoscit.si habz caput rotundū.z sūmitatem capitis planam.z rostrum curuuz et grossum et curtum.et spallas amplas.p̄nas alarū subtiles.Coxas longas z tibias curtas et grossas.pedes liuidos sparsos et magnos et q̄ talis est vt plurimum bonus est.licet aliqui satis deformes sepe optimi sint inuenti.Ideoq; falconū bonitas z audacia.solo experimento p̄fecte cognosci p̄t. Ueruntū eoz bonitatem z desideriū capiendi aues multū auget magistroz suoz̄ industria. Et eosdez a bono ppōsito sepe reuocat imperitia eorūdem.

¶ Qualiter nutriuntur.domesticantur.et instruuntur.et mittūtur falcones.

Non sunt tenendi in sup ligno.sed solū sup petra rotūda z aliq̄ntulū lōga.sup ea ei magis delectant instinctu nature.z ꝓsuetudinis eorūdez. Qui ex eis parui sūt.byrcina vel pullina carne nutriuntur p̄cipue. Cuz aues capere inceperit.da sibi de p̄ma q̄ capiet q̄ntum voluerit. Idem facias de secunda et tertia.vt ex hac raptum auium. z ad obediendum dño animetur. Abinde vero in antea stringe eum.cuz vis q̄ alias aues capiat.hoc modo.scorzica gallinaz et factria purgatoria.et da ei madefacta i aq̄ et pone eum in loco obscuro et dimitte vsq; ad auroram diei.postea calefac ad ignē et aucupatuz vade.et non fatiges eū vltra q̄z velit.sed solū q̄ntum ip̄e vult z auidē desiderat mittatur ad aues.sic enī libenter te cum manebit.et quocūq; ierit.ad te curabit redire. Cum inueneris falconem tuum audacem.et cū intenso desiderio aues capere.diligenter cōsidera statum e⁹ i macie ac pinguedine.et in q̄ statu cum inueneris in eodem retinere curabis.nam q̄dam falcones melius se gerunt cum sūt pingues. Plures autem et fere oīes in statu medio existentes. Aliqui licet pauci cū fuerit macriores.et h⁹ generis.rubei vt plurimū esse dicuntur. Et cum p̄mo mittuntur ad aues.ad minores p̄mo mittantur.deinde ad mediocres.vltimo ad maiores. Si enī p̄mo mitterentur ad magnas z superarēt ab eis.deficiente adhuc potentia et industria quas vsu acquirunt.incipient abinde in antea magnas z mediocres formidare.sicq; difficulter resumerent audaciam sibi innatam.quam imperitia sui doctoris amiserunt. Plurimum etiam ꝓfert falconi ad audaciam acquirendā si eum teneas multum in manu.et des ei carnis pulline hora tertia coram vnam.deinde pone ad ip̄m aquaz in qua balneetur.postea ponatur ad solem vt siccetur.deinde ponatur in loco obscuro.ibiq; vsq; ad vesperas dimittatur.deinde teneatur i manu vsq; fere ad p̄mum somnum.postea lumen lucerne vel candele coram eo p̄ totam teneatur noctē et cum matutina venerit hora.suburfetur cum vino.et teneatur ad ignem.in aurora vero diei.aucupatum ponetur.et si capiat q̄ntum vult de p̄da sua cibetur. Si vero nō capiat.detur sibi ala vna et media coxa

galline.et in loco ponat obscuro. Circa me
diū februarij falconem in muta pones.r ō
canis carnib⁹ alias oīb⁹ carnib⁹ eum ciba
bis.vsqz ad mēsem vnū. Postea ponesañ
ipm concbazq; aque.pus in da sibi comede.
et si vides q nō mutat.vnge carnez quam
sibi tribuis de re cocta et melle.q si adbuc
nō mutat.accipe r anā r fac puluerē et sup
carnē pone r mutabit.r caue ne ipm ō mu
ta tollas.anteqz cōplete fuerint pēne ei⁹.r
cū de muta acceperis eū ad calorē non te
neas.sz plurimū eū in manu tene.nec po
stea vsqz ad q̄ndecim dies cū eo aucupa
tū accedas. Capiūt āt anates.anseres agbi
rones.grues.r starnas.r mīras alias auef
Sz fert q si comedūt sanguinē agbironis
omne desiderū capiēdi grues amittunt.
Si vero carnes soluz sine sanguine come
dant boc viciū incurrere nō creduntur

¶ De egritudinib⁹ que falconibus
accidunt.

Accidunt falconi
bus oēs egritudines q̄s superius
accidere accipitri dixi.r eadē sunt
signa r cure.qz omniū volatiliū rapaciuz
sere eadē est natura.r ideo de bis ꝑ tracta
re non expedit. Unū tñ cognoscas.q falco
nes sūt fortiores nature q̄z accipitres.r nō
sic facile infirmātur r moriunt.si comedāt
anteqz cib⁹ de gorga descenderit. Quidaz
insup falconarij. multos modos regendi
falcones narrant.et alias egritudines eis
accidere.alias q̄z curas necessarias esse.ex q̄
bus forsan aliqua vera sunt.q̄ p mīras ex
perientias approbant.sz mīra ex bis q̄ dicūt
ratione carent.et sūt pon⁹ apparētia q̄z exi
stentia. Ideoq; si q̄ bic desunt de cura fal
conū r auiū rapaciū.p viros expertos.nō
semel sed pluries longo tpe suppleant.

¶ De hysmerlis.

Hysmerli sūt de ge
h nere r natura falconū.r sūt quasi
falconelli parvuli.qb⁹ apparet per

formā corporis et colorē pennaz.q̄z aucu
patio pon⁹ voluptatis q̄z vilitatis existit.
Capiūt āt ꝑ capue laudulas.r tān desiderij
et animositatis sūt ad eas capiendas.q̄ ple
rūq; plecui sūt eas in villis vsqz in cluba
nū ardentez.aut pureū. aut sub mantellis
hominū. De ipoz autem doctrina et cura
plura nō dico.q̄ p supiora satis sciri pt.

¶ De girfalcis

Girfalcus est auis
g rapax maior q̄z falco.r est magne
virtutis r potentie.mirabilisq; au
dacie.adeo vt inuēti sint aliqui audaci spi
ritu aquilas insultasse. Capiunt aūt omēs
aues q̄ntūcūq; magnas. Et sunt fere ō na
tura falconum. et ideo falconuz doctrina
satis sufficit ad nutriendos et instruēdos
girfalcos.

¶ De aquilis.

Aquila est similiter
a auis de rapiu viuens.q̄ ppter for
titudinē et audaciam suā. vocata
est rex auiū.nam oēs aues eam timent.sed
ipsa nullam. Diuerse sunt species aquila
ruz.quedam enim sunt valde magne.que
daz mediocres.quedam parue. Et ulterius
q̄dam sunt nobiliores.non appetentes nisi
volatilia et animalia terrestria viuētia. Et
q̄dam q̄dammodo ignobiles r degenerel
q̄ appetunt nō solū carnes viuas.sed etiaz
mortuas.r pisces mortuos.r descendūt su
per cadauera asinoz.r similiū.r tales de
clināt ad naturā et ignobilitatē miluoruz
Aquile domesticant ab boib⁹.videlicet q̄
parue de nido extracte fuerint.sz eas q̄ diu
in feritate steterūt nō esset tutū domestica
re velle.q̄niam facile ppter suā audaciā et
potentiā grauiter lederent i facie vel alibi
instruentē. Et domesticant vt boib⁹ q̄rā
quaslibet aues magnas.sz ꝑcipue vt capi
ant lepores.r cuniculos.et capriolos cum
auxilio canū. Et q̄ aq̄laz venatū portat.oz
esse fortis.alioq̄n ipi⁹ pond⁹ sustinere non
posset. Et statim dum videt canes inueni

le pasturā. aquilā ꝓsuetā ⁊ istructā dimittere debet. q̄ semper supra canes volabit. ⁊ cū leporem viderit. subito descēdet ⁊ capiet eū. Nutrit aūt ex oīb⁹ carnib⁹. ⁊ nō de facili infirmat. Gz cū leporez ceperit. pascatur ex eo pluribus vicib⁹ vt eos postmodum libenti⁹ ꝓsequat. Qui iuxta nidū aq̄le habitant. vnū ex pullis ei⁹ accipiāt. ⁊ cū accipiūt. timore aquile sint armati. ⁊ p̄capue in eoz capitib⁹. Et cuz pullum habueris. ad vnū paruū palū euz in aliq̄ loco ligabis. Bociferabit. venientq3 pater et mater. deferentes eidē cuniculos. et leporez. si erūt in partib⁹ illis. ⁊ gallinas ⁊ anseres q̄ accipere poteris ⁊ habere. Ferunt eñ ⁊ q̄nq3 cartas et q̄nq3 bissas. ⁊ in distractu mutue tā detulerunt filio gallinā cū q̄busdā pullis existētib⁹ inter pēnas matris. q̄ babiti sine vlla lesione ⁊ nutriti fuerūt.

De guuio et guuecta.

Guuus et guuecta sūt eiusdem nature ⁊ sūt aialia nocturna potiꝰ q̄z diurna. q⁹ eorum oculi de nocte videt melius q̄z de die. Cum igitur deformia sint. ⁊ raro ab alijs aialib⁹ videant. mirant aues in visione ipaz ⁊ eas videre appetūt. q̄nā aīa tam brutalis q̄z rationalis ꝛ reb⁹ nouis ⁊ insolitis. p̄cipue delectatur. Boues ergo certētes alias volucres circū uolare guuo et guuecte. ⁊ eas cū auiditate plurima intueri. excogitauerūt ingenia q̄b⁹ eas capiant aues. q̄ ad guuū ⁊ guuectā libenti⁹ approp̄inquāt. nō ergo nutriant eas vt ipe aues capiāt. sz vt mediantib⁹ ipis. cū visco aut retib⁹ sibi querāt Viuūt aūt de q̄busliber carnibus ⁊ p̄capue de muribus ⁊ nocuis. et cū cibate fuerint cōpetenter. ieunāt duob⁹ trib⁹ vel q̄ttuor diebus. ⁊ guuꝰ vsq3 ad octo nō ledit. Et femine meliores sūt masculis sicut omne volatile rapax. Et guuecta q̄dē meli⁹ tenet in aliqua colūbaria vel aliq̄ loco et similiq3 alibi. Et si bene domesticata fuerit. optime capiet mures in domib⁹ existentes. Comedunt etiā lacertas ⁊ ranas et omia carnes habentia.

Qualiter aues cuz retibus capiuntur.

Aves cuz retib⁹ capiunt modis. Et vno q̄dē modo capiuntur ad pantheram qua capiuntur anates. Et modus q̄dem est. vt iuxta aliquaz paludem. facias foueam circa .xx. vel .xxv. brachia longam. ⁊ circa decem vel duodecim brachia latam. vt totam maiorem si voles. et tantum concauam. q̄ circa vnam spannam aque bereat et sit a duobus capitibus longis acuta. In vno angulo sit quidam fossatus. et in alio aliquantulum longe sit casella. Circa foueam sint vndiq3 spacia plana. quanta est retibium latitudo. Deinde fiat sepis circūquaq3 ne lupi aut vulpes vel alia animalia nocua intrare possint. et aues in eo loco existentes fugare. In predicta fouea circa duodecim vel sedecim anates domestice die noctuq3 morentur in hyeme. ⁊ mica in bona quantitate proiiciat in aquā propter domesticas ⁊ siluestres. sintq3 domestice siluestribus similes in colore pennarum. Circa foueam iuxta ripas figātur pali quattuor perticarum. qui retibia eleuant. et pali retibium figantur circa spacia prenarratā. et super ipsam cordam palorum paruorum totum colligitur retbe. et tam ipsum q̄z stangie siue baculi qui retbe eleuant optime cooperiantur. Sintq3 retbia duo magna in vtroq3 capite conuicta. sicut retbia aroli. que quidez cooperto rium vocant. que cum eleuantur. simulatim coniunguntur. ad modum culminis domus paleate. Et modus quidem eleuandi eas est. q⁹ iuxta casellam est furca in pertica. in cuius capite subtili est retibū funis annexus. In grosso vero est cista fortis et magꝰ ex terra repleta. q̄ suo pōdere cū voles ad modum machine retbia eleuabit. Huc ꝓfluet multitudo anatū in nocte p̄ce-

polātū.cū domestice pociferabūt.Cūqz i mīra q̄ntitate discēderit retibia eleuabis.et cū pertica pcutiēdo leuiter retibia.oēs sil uestres i cucullū retibis qđ ē ipdicto fossato extensū expelles.z domestice q̄ nō timēt remanebūt in pantera. Deīde aperies caput cuculli.z facile cū dentib⁹ i capite anates occides.sicqz vna hora q̄qz mille capiuntur.

¶ Modus capiendi grues.

Est et aliud ingeniū q̄ capiūt grues.cigni starue.z anseres.qđ est tale. In ripis fluminū ab vtraqz pte infigit arbor altissima vel due sit iūcte vt lōgior sit arbor.habetqz p totū cauiculas p ascensu.z i sūmitate tyrellā.in q̄ ponit funis retibis.cui lōgitudo ē sm fluminis latitudinē z arboris distātiā et eius latitudo ē.vt superi⁹ eleuata.vsqz ad medias dependeat arbores. Deīde boices vsqz a remotis veniāt p glareā fluminis. oēs volucres q̄s inuenīūt expellēces.q̄ volātes a splēdore aque nō discedēt donec in retibe inciderint.z tūc declinet retibe cu fumib⁹ suis.z volucres capiāt. Et mod⁹ iste locū nō habet.nisi cū tps fuerit nubilosuz z aer obscur⁹.alioqn aues eleuate.facile a flumine deuarēt.

¶ Aliud

Est aliud ingeniuz q̄ capiūt anseres z starue .qđ est tale. Tempe hyemis cū ex gelu et sole pulus est in cāpis legetū.tendit in segete vno sulco rete vnū.lōgū p.xl.brachia t idcirca.et latū circa q̄ttuor brachia..p⁹terriā cū i vespere capere cupis vel in sero cū vis in mane habere. Est aūt ꝑ retibe simile vni parieti.habetqz stagias eleuātes longas.sm dimidiā latitudinē retibis.z tendit cū duab⁹ bragettis.vt pariet⁹.sz disponitur vt p se eleuet violenti.qz bō ipm retibe p se eleuare nō posset. Cūqz totū retibe i ēra firmatū fuerit.to ū sup cordā colligit.et tam ipum q̄z stagie z bragette z funis trahens optime ex puluere cooperit vt herba. Et qz in vno fossato vel alibi oliq̄ntulū remoto loc⁹ cooperi⁹ vbi lantet bō.q̄ retibe leuare debebit. In retibis loco sint duo vel plures anseres domestici.siluestres⁹ siue ꝑ duobus paliculis alligati.et duo scorticati sili si velis.vt illic siluestres cōfidēti⁹ veniant. Cū siluestres descēderint i aliq̄ pte agri exposito.vadat loci⁹ cū capello in capite.z ligone vel alia re in manu.loq̄t aliqđ.et laborare videat.alioqn fugerēt.sicqz ꝓsiderāter et caute ꝓducat eas ad locuz retibis.qđ facile fiet p vniuersū agrum q̄ntūcūq̄z magnū si ꝑ caute facere scies. Cūqz in retibi veneris eas ꝓfidenter loquere.socioqz dicas vt retibe trabat. Verū q: ꝑ auis cautissima est.oportet te oīno cauere ne in mane ad locū retibis accedas.q: statim ppenderēt derore vt pruina.pedib⁹ tuis mota z fugerēt. Et ideo cū teneberis in sero.nō ē necessaria hec cautela. Plures āt nō obseruant hāc cautelā.ideoqz rarius capiūt.z solas iuuenes simplices.nō vetustas sagaces. Et iō cū tendis i sero.statim ibi stelliones pone. z p totā nocte dimitte. Sed cū capere vis in sero nō ē necessaria ꝑ cautela.

¶ Aliud.

Item est aliud ingeniū capiēdi anates.iuxta aquā vbi sabulū est.et ē retibe simile ꝑdicto sz ē paruū z satis spissum.z eodem mō tendit z sabulo cooperit .z loc⁹ custodis ē ex aliqua re. Deinde sabulo coopertus.vt paruū habeat foramen vnde videre possit Et caueat ne p foramen flatū emittat.cū i loco sūt auel. Hic nō sūt stelliones necessarij.sz p totā hyemem ponit ibi milica et vinacia.vt assuescāt aues locū frequentare. Cuz āt ibi stare assueuerit.tēdas retibe. poterisqz oportune locū custodire.atz viā itroit⁹ lōgā cauare.z melegarijs z sabulo ōnīp cooperire. Item retibe vt simile spissius tamen tendi potest optime in areis vel alijs locis ad capiendum columbos.perdices. cornuos.glāderal.aragazas.lodulas.z oēs

aues paruas.q̄ escā granoꝝ accipiāt.z poteris cū esca facere q̄ ibi venire ac stare assuescāt.z postea retbe tendere.z luto vl̄ paleis operire. Et ℞ ingeniū p̄t habere locuz tpe nimiū z q̄libet alio tpe. Et erit esca cōuenies spelta.faba.milica.loliū.z semia vinacie.z similia.vt frumētū mortū.z cicercula vel faseoli. et cū eodē retbi siue esca poterī capi aues i estate.cū tēpe magne siccuatis tetenderis iuxta aquas.

¶ Aliud.

Item est aliud ingeniū q̄ capiunt cū retbib⁹ auiū diuersa genera.z p̄cipue colūbiz turtures.z q̄dā alie mediocres magnitudis aues.z fere oēs auicule parue.falcones et z accipitres.z oēs fere aues rapaces. ℞ Do duas āt ē.q̄ duo retbia satis lōga z lata.oibus fere gentib⁹ nota.q̄ vulgariť vocāť parietes.tēdūť i pratis vijs z agris.z iuxta aq̄s remote fere ab inuicē vt ē latitudo āborū. q̄z quilibet duos bz baculos eas eleuātes cū trabiť funis cōmunis. q̄z lōgitudo sm latitudinē retbiū existit.z vnū caput cuiuslibet cū paruo palo i terra firmať.z in vno capite habent vnū funē cōmunē.q̄ ad quē dā palū etiā cōmunē i terra defixū ānectiť, ab alio capite alū habēt funē.q̄ ad vnū lōgius p̄iunguntť.q̄ vsq; ad locū aucupatoris q̄busdā ramis circūdatum p̄tenditur ℞ Hec āt retbia p colūbis et magnis auib⁹ sūt rara z fortia.p paruis.subtilia aut̄ spissa.p̄dicta retbia cum sūt terre affixa iacent in terra elōgata ab inuicē.z cū funis trabitur eleuāť z p̄ūctim flectūť.ac operiūt oēs auē veniētes ad locū q̄ erat vacuus iter vtrūq;. ℞ In ℞ spacio vacuo tenēť colūbi z turtures aliq̄ excecati.vel habētes palpebras super oculos ne aliq̄d videāt cū filo ligatas. Vel stent ibi aues excorticate.aliq̄ stramine replete.habētes caput integrū.z p̄gulā paruā loco cruriū.q̄ stant recte vt videanť viuere. ℞ Do paruis auiculis ponitur ibi giuuecta.ad quā videndā libenter veniūt, vel tenenť ibi auicule paruo filo ligate.ad quas alie parue accedūt.accipitres etiā et falcones.causa rapiēdi descendunt. ℞ Aucupator āt nusq̄z expectare debz q̄ aliq̄ auis accedēs se in terrā deponat.sed cū ppe fuerit trahere funē debz z auē volantē ad terrā prosternere.ipamq; capere.

¶ Aliud

Debet et aliud genus retbis q̄ auiū multa genera capiuntur. maxime cum terra ē niue cooperta.q̄d vulgo vocať arolus.q̄ ex duobus retib⁹ nō multū magnis sz spissis z fortib⁹ pstat.q̄ in q̄libet capite p̄iūgūť.z in terrā affigūť.distātes in partib⁹ medijs habētes q̄ttuor breues baculos.q̄b⁹ eleuāť i altū.nec flectūť in terrā cum funis trahiť.sed p manēt eleuati z simul p̄iuncti cū retibus desup ad modum tuguri. ℞ Hoc retbe cuz omnib⁹ baculis z funib⁹ optime operitur stramine aristarū vel paleis.et in spacio i termedio tenēť p̄tinue grana.z cetera ciboria.q̄ auib⁹ q̄ venire sperant.sint p̄cipue grata. Cū aūt aucupator ppenderit ibi eē auiū multitudinē.latēter intret domuscullam valde clausam.q̄ ibi dz esse ppinqua z subito trahat funem.z fortiter ad vnuz paluz i domuscula positū annectat z aues capiat. ℞ Hoc ingenio capiūť facile milui z aq̄le cetereq; aues sup cadauera descēdētes. si cadauer totū vel pars ponaťi medio retis. ℞ Itē eo capiūť vulpes.si gallina nocte ponaťi medio sz retbe hmōi p̄pis et aquilis fortib⁹ esse debet.

¶ Aliud

Sunt et alia retia q̄ vocanť aranee valde subtilia ne i aere facile videāť.q̄b⁹ capiūť multe auicule.cū ponūť erecta i aere.duab⁹ pticellis ānexa i locis p q̄ auicule p̄sueuerť venire. ℞ Itē accipitres bis facile capiūť.silr et falcones.cū circa colūbū erecta tēdūť.z eodē mō cetere aues rapaces. ℞ Sz bar duo sūt genera. ℞ Nā q̄dā aranea ē simplex.z p̄gulis adō leuiť aptať q̄ cū tāguur cadit.auemq;

inuoluit. Itez est alia aranea triplicata. ex trib⁹ cōpolita. quaꝝ media est spissa. ⁊ plurimū lata. exteriora duo sūt valde rara ac adeo stricta. q cū sunt ad capiendū eleuate. ac pertice stāb⁹ fortiter annexe. stant extense. mediaq; mollis ⁊ lata. q̄ sup funiculū supiorem eleuatur. et cū auis incidit. trāsuolat ambo retbia rara. ⁊ i medio spisso inuoluuntur. et cū eo pelut in sacculo q̄dā pendet.

¶ Aliud

Sunt et alia retia a quibus capiūtur perdices que sūt lōga ⁊ stricta. in medio q̄ndaꝝ caudā ad modū sacculi longā habentia hmodo. Aucupator q̄ die venatur. pannuꝝ rubeū cū ỽgulis ad clipei modū formatū. ante se portat. et p agrū pergēs foramibus duob⁹ inspicit. ⁊ perdices inquirit. cuꝝ eas viderit. circa ipas retbia tendit. q̄busdā palis affixis ad funē retbiū annexis. et caudā circulis apertaꝝ extendit. semp ante se retinens clipeū versus perdices. q̄bus extēsis se perdicāb⁹ appropinquat. et i caudam retbiū paulatim impellit. nō solū timore sed etiā pedibus si opus erit. Qui āt nocte venatur. in sero locū inquirit vbi nocte moratur. ⁊ cū aeris integra obscuritas supuenerit. ad eundē locū cū igne reuertitur. Est aūt ignis in vase sic formato. q; nec ipse videtur. ⁊ aperte videt spacia vniuersa ppe se et p pnū agri sulcū accedit. ⁊ paliū reuertit circa locū in q̄ perdices reliq̄t. ac cū eas viderit ipas operit. cū retbiq̄ hꝫ apertū in capite pertice formatū ad modū huic negocio oportunū. Vsi hꝫ retbe supradictū potest ipm tendere circa ipas. ⁊ impellere ⁊ capere vniuersas.

¶ Aliud

Est et aliud rete quod expegatorium a vulgo vocat. satis magnū q̄ capiūt pdices ⁊ qualee. ac faſiani. ⁊ q̄dam alie aues cum auxilio catuli ad hoc instructi. q̄ aues inq̄rit q̄s cū viderit. stat nec ad eas pgredit vt expellat. sꝫ aucupatorē dōm suū retro respicit. et caudā mouet. taliē q; ipse aucupator cognoscit aues esse paululū ante canem. ⁊ tūc ipe et soc⁹ retbe trabūt. et aues ⁊ catulū operiūt. ⁊ sic eas accapiūt. Est ⁊ aliud retbe paruū in capite pertice pparatuꝫ. vt apertū existat. q̄ vn⁹ solus vtit. ⁊ cum ipso aues operta cane pdicto modo inuentas. Item hoc eodē retbiculo vtit aucupator ad qualeas solas. cū qualatorio. cui⁹ sonus et pōia similis voci qualee generis feminini. ad quem ardenter accedunt masculi prope ipsum. quos tunc operit atq; capit.

¶ Qualiter aues laqueis capiuntur.

Fit laqueus quo facile capiunt aues q̄ raptu viuūt hmō. In loco vbi ppe morant aues rapaces. vel q̄ trāseūt. infigitur fortis ab vtroq; capite arcul⁹ valde plicat⁹. ppe quē ab vna pte firmat ỽgula. i cui⁹ scissura muris cauda infigit. vel ad quā frustū more tue carnis annectit. seu rana. et ab alia pte pertica fortiē i terrā dimittit. hūs i capite laqueū ⁊ q̄ndā paruā cordulā. cū vno stecheto q̄ pertica firmat ad arculū. ⁊ ad paruaꝝ icisurā q̄ sit i capite ỽgule murē tenēs. et laque⁹ circa murē extendit. ⁊ cū auis murē vel aliā rem vt exportet trāgit. pertica dissoluit ab arculo. ac sup⁹ eleuat cū aue rapaci q̄ pedib⁹ vinculat. Itē fūt laquei māri hōpilis caude caballine. i vno funiculo eiusdē materie texti. q̄ tēdūt i sulcis frumēti. funiculo a ītra eleuato vltra aliturdinē auis. parū decliues laqueis ⁊ apertis. vt auis transiēs capite imisso. capiat collo. ⁊ hmō capiūt pdices i agris. ⁊ q̄lee. ac faſiani. i semitis nemoꝝ p q̄s trāseunt. Aues et aq̄tiles eodē capiūt hmō. cū iuxta aq̄s vbi trāseunt. laquei tales tēdūt. Colūbe et ⁊ alie aues mite capiūt ex eis cū incubāt. et pullos habēt. in cauernis tēdāt. Itē fabis ac faseolis seminatis. capiūt colūbi ac turtures. paruis laqueis. q̄ vulgariter dicūtur scalelle. Hō⁹ āt laquei mod⁹ est q; in capitib⁹ parui baculi vel melegarij longitudine vnius semissis.

infigũt due subtilissime vgule altitudinis spanne vni9. & i medio figit q̃dã spina duo rũ vel triũ digitor in lõgitudine lõga. hec scalella appodiat ad ripã sulci vbi aliqua sit in ripa cõcauitas. taliter q̃ spina iaceat in terra in fouea. & vgule sint superi9 eleuate. Juxta eã ponat laque9. cũ paruulo palo terre affixus. q̃ leuiter apert9. amoueat vgulis. et teneat ab eis & in spina infigatur faseol9 vel faba mollis. solumm̃ vnũ granũ. qđ auis rostro capiet. ac caput eleuãs sup collũ laqueũ trahet. plicata scalella cũ vgulis. quez sentiẽs territa caput eleuabit et collũ et laqueo capiet.

¶ Qualiter aues capiuntur visco.

Aues capiũtur uisco multis modis. Uno mõ q̃ inuiscant vgule subtilissime iũcorũ vel vlmor vbi iũca delũt. Virgule q̃dẽ fiãt breues vel lõge. respectu babito ad paruitatem vel magnitudinẽ auiũ capiendarũ ab ipis. Is p̃mo dz viscus tẽperari. vt sit bñ tenax. Ꝑ mõ. lauet bñ cũ aqua tẽperate calida. aperiẽdo ip̃m maib9 balneatl. & a pustulis cũctis mũdãdo. Deinde admisceat ei modicũ olei oliuar vt ñ sit adeo dur9 q̃ pẽnis auiũ inuiscari nõ possit. q̃ facto. virgulis inuoluat. taliter q̃ vnaqueq3 vgula sit vndiq3 inuoluta in duab9 vel trib9 partib9 ei9. tertia sine visco remaneat. q̃ tractari manib9 possit. Quz si ips sit adeo frigidũ. q̃ cõgelet viscus. tẽperet cũ oleo nucũ. Deinde vgule parue inuiscate. infigũt leuit i vgis palmonũ. q̃ sũt pertice magne ramis viridib9 arborũ & p̃cipue quercũ fasciate. habentes in capite supiori q̃tuor aut quiq3 vgas. paulisper eleuatas. i q̃b9 affigũt paruissime vgule inuiscate. ac ip̃e palmon9 cũ fuerit vgulis iuiscatis coopt9. infigit i tra i fouea facta i ipa. vt stet ad formã arbouis rect9. Jtẽ circa ip̃m infigũtur rami arborũ ad q̃s appendũtur cauce. i q̃b9 sint multe & diuerse auicule segregatim q̃ cantãt. & volitãtes p aera vocant. q̃ vocate se ponũt sup dicto palmone iuiscato. et capte in terraz corruũt. Jtem cũ magnis vgulis iuiscatis capiũtur multe magne aues. & p̃cipue corui atq3 cornices cũ auxilio guui Ꝑ modo. Jn locis vbi stare aut vnde trãsire ꝓsueuerũt. inciditur i ramulis arbor aliq̃. que ab alijs arborib9 multũ distet. Is aliq̃ rami frõdib9 nudati relinquũt in ea. vel aliq̃ ponũtur pertice sup eã. Jn bis ergo infiguntur leuiter vgule magne viscose. ac guu9 in terra ponitur. i loco paulisper eminẽti vt melius ab auib9 volantib9 videatur. quez cũ aues viderint. volitãt circa ip̃m. & volatu fesse. sup arborẽ inuiscatã descendũt. atz in terrã ruunt. q̃s aucupator pertica ꝓsequitur vt eas occidat. nam si manib9 capere vellz lederetur ab ipis. Jtem visco capiũtur accipitres. falcones. ceteregz aues rapaces. nam in terrã due vel tres infigũtur vgule iuiscate modicũ distãtes. ac versus leuas plicate. i medio quaz ligatur auis aliqua vt colũbus. vel pullus. vel caro. aut mus. pro miluis et quibusdã alijs auibus rapacibus que talia petant. ad que cum aues venerint capiũtur. Jtem capiuntur visco. passeres et cetere aues parue vel magne. si virgule inuiscate ponãtur in locis in q̃bus cabantur. vel vbi stare ꝓsueuerũt. Jtem capiuntur cordulis seu funiculis inuiscatis. regarbali. cum ad ficus veniũt vl ad vuas et cetere aues que arborũ fructus furãtur. si predicti funiculi suspendantur ante fic9 vel alios maturos fructus ad quos venire aluescant. Jtem funiculis longis iuiscatis. capiuntur sturli. q̃ valde gregatim volant. cum habetur aliquis sturlus ad cui9 pedem ligatur funiculus inuiscat9. & i manu tenetur. & dimittitur cum congregatio sturlorum prope videtur. tunc enim cum funiculo dimissus. ad gregem accedit. & cũ ipo grege stricte volitat. multiq3 tãgentes funiculũ inuiscantur. et ad terraz simul cũ eo ruunt. Jtem visco capiuntur anates. & cetere aues aquatice. cuz ex eo inuoluitur funis longus. ex pauerijs quib9 scopa fiũt compositus. et ponitur p̃cipue sero in lacu vel alio loco, vbi dicte aues morari

consueuerūt. nam aues p aquam natātes in nocte incidūt in funē sup aquā extensū. et capiunt. z seqnti mane capte inueniunt Sed oportet q̄ hic viscus sit taliter temperatus q̄ se ab aqua defendat.

¶ Qualiter aues capiūtur balistis.

QValiter aues capiant cū balistis z arcub⁹. notuz est oīb⁹ boīb⁹ q̄ sagittant vbicunqz sint in terra vel arboꝛib⁹ Sed in his obseruande sūt quedaz cautele. nō oīb⁹ note. quarū vna est. q̄ balistatoꝛ q̄ vult anseres vel alias magnas sagittare aues. debz habere bifurcatas sagittas ī parte anteriori vbiqz acutas. q̄ alam quā tangēt aut collū incidāt. nā sola pforatio cōmunis sagitte vl' obtusio. nō lederet auē intantū q̄ remaneret ibidē. sed vulnerata recederet. licet ex vulnere finaliē alibi moꝛeret. Itez dz intuitum cū sagittat dirigere. nō ad extra vagātes. sz ad vnā q̄ sit ī medio duaꝝ vel plurū vt si ꝓtingat sagittā vltra vel infra pgredi q̄d plerūqz ꝓtingit ꝑmaz vel vltimā feriat ne inuanū sagittet. Item q̄ vult in arboꝛez sagittare columbos aut alias aues. pulzones q̄ sūt sagitte i capite grossedz brē paris ponderis. z cū vult ad auē sagittā emittere debet cū pede signare locuz vbi ē. z notare locū in q̄ est colūb⁹ aut alia auis. z tunc sagittam emittat. si pcurit bz q̄d habere intēdit. alias sepe sagittā inuenire non potest sed eā facile potest inuenire. si ad eū dē locū vadat vbi erat cū sagittā emisit. z p eundē locū aliā eiusdē ponderis sagittā emittat. z p se vel p aliuz videat vbi cadit. ibiqz valde ꝓme inueniet ꝑmā quā nō poterat inuenire. Item q̄ cū balista vel arcu sagittat bz manū sinistraz tenere firmissimaz. si vult rectissime sagittare. si ei B agit z intuitū recte ad auem dirigit. nō errabit. z ē necesse q̄ habeat balistā vl' arcū optimū. z sagittas rectissimas. si recte voluerit sagittare. Qui aūt arcū balottaz exercet bz balottas habere equalis ponderis z bñ rotundas. Item capiunt alijs q̄busdaz modis. Uno mō ad breue exellū cū guuecta. q̄ parue capitī auicule. q̄ oīb⁹ fere notus est. sz ē sciendū. q̄ B mō capi possūt nō solum cū guuecta. sed et cū vno capite catte. nā z ad ipm auicule veniūt. Item nō solū cuz breuexello q̄ ex duab⁹ ꝑgulis ꝓstat. verū etiaz cū vna mūda ꝑgula inuiscata. Itē nō solū ad virides sepes vt cōmuniter fit. vez etiā in qua cūqz parte vie vl' agri. si aucupatoꝛ supza se deferat leue instrumentū ex vīculis frondibusqz ꝓstructū q̄ valeat occultari. Nec est necesse auiculas excitari solo sono folij arboris seu eriſ vt communiter fit nam z cū sono seminū papaueris inclusoꝝ in cellulis vel alteri⁹ similis excitari atz vocari possūt. nā z q̄buslibet extraneis z inauditis vocibus incitant. q̄ mirant ex eis Item capiunt ad breue exellū q̄ rustici vtūt noctib⁹ valde obscuris. Habent ei facula ardentē ex pticis siccis factā. quaz vnus defert decliuē ꝓpe virides sepes in q̄bus doꝛmiūt. q̄ cū excitantur veniūt ad ignis splendoꝛem. duoqz alij cū baculis cū volitant eas mactant. Sunt aūt baculi velut pale ī capitib⁹ breuiū perticarū ex paruis ꝓtexti viminib⁹. Item capiūt passeres precipue iuuenes minus sagaces cū naxa seu buiboello. q̄ ē q̄dā cauea ex iūcis ꝓstructa. de qua exire ignoꝛāt. cū ad paruos passeꝛum pullos in ea positos ingrediunt. nec exire sciunt. Item capiuntur aues in foraminibus et columbarijs cum mustela domestica in foramine immissa. Item capiūtur cum cista siue plastella precipue tempoꝛe niuium sic preparata. vt auibus intrantibus. cadat in qua grana congrua pro esca ponuntur. Cui proderit. si multa grana sub eis ponātur. z pauca velut fila longi⁹ extra. quib⁹ perducantur ad cistaz. Item cum scarpello capiūtur porcane. in cannosis vallibus vbi moꝛantur. Est aūt scarpellus instrumentum quoddam ex duobus arcubus valde plicatis constructum. ab invicem parum distantibus. inter quos modicum posterius ponitur fructus herbe coche. in forma similis pomia

ceraſis.quē accipere volūt ⁊ collo ſtringū-
tur. Sed ei⁹ forma ⁊ ſimiliter plurū ingeniorum nō poteſt ſic aperte ſcribi vt plene intelligat ſicut oculata fide cognoſcit. Item capiunt cū cubaculo tpe niuiuz qō eſt qd ⁊ dam inſtrumentū ex paucis virgul factuz interi⁹ cōcauū. ⁊ in pte poſtrema acutū habens oſtiolū. qō in terra iacet coopertū palea. qō cum vno vimine in terrā affixo eleuatur. ⁊ poſteri⁹ pcutit auē ad eſcam intrātem que int⁹ eſt. quā aliū de accipe nequit. vndiqz terra tectū. Item quodā delectabili ingenio capit cornix cū ex ipſis habetur vna nā ipſa duob⁹ valde breuib⁹ palazolis ad principiū alaz iuxta pectus annexis ſupina in terra firmat que fortiter clamat ac fugere nititur. alieqz ppinque currūt eā iuuare volētes. ex qbus ipſa vnā roſtro ⁊ vnguli capit ⁊ retinet vt cape poſſis. ⁊ eodē modo aregazas capi poſſe aſſerit. Item ferunt aues q̄ guſtant granū vel miliuz in fece boni vini ⁊ ſucco cicute maceratū ⁊ ſiccatum volare nō poſſe ⁊ manu capi

¶ De capiēdis beſtijs feris et primo qualiter capiūtur canib⁹

Lepores precipue capiunt canib⁹ ad quos inuenīdos neceſſarij ſunt canes q̄ ſegbuſi vel brachi vocant. qui quāto ſubtiliorus olfactus ſunt tāto meliores exiſtūt. Item neceſſarij ſunt canes valde ad curſuz agiles. qui eos ſequant vt capiāt qui omnes ad boc inſtruunt ⁊ ad eos capiēdos inducūt cū ex captis aliquid dat eis in cibuz. Aqb⁹ etiā capreoli capiunt et aliqñ cerui pcipue auxilio retiū magnoz poſitoz i locis vñ fugant. Item ab eis capiunt vulpes licet i fuga ſint valde ſagaces. Item capiunt cuniculi cū inueniunt remoti a caueis. Item canibus capiunt apri ac lupi ſed cū auxilio venatorum. Nā raro ſoli ad eos pſumunt accedere niſi ſint fortiſſimi maſtini ⁊ audaces. Ex ad apros capiēdos neceſſarij ſunt pili fortes in ferro cruciferati. quos venatores videntes aprū ad ſe irato animo venientē in terram firmāt ⁊ ad aprū dirigūt qui eo pilo vulnerat⁹ pſqz ad venatorē nō poteſt accedere. ſicqz a canib⁹ occidit. et ſimiliter ab alijs qui venant eundē. Item capiunt cerui cū ab homine vulnerati ſagitta vel pilo fugiunt ⁊ puus catul⁹ ad boc inſtructus per viā ſanguinis exeūtis ipſum ſequit donec ceruus ſemiuiu⁹ vel mortu⁹ inuenit. Item canibus inueniunt ⁊ capiunt ericij ⁊ q̄daz alia animalia ſitr capiunt ab eis

¶ Qualiter capiūtur cū retibus.

Cum retibus capiunt cerui vt dictū eſt et vulpes vt ſuperi⁹ dixi cū de retib⁹ locutus fui qō arolus vocat a vulgo. Lepores etiā facile caperent retib⁹ ſi in ea inciderent. ſicut ⁊ multe alie beſtie fere

¶ Qualiter capiūtur cū laqueis.

Laqueis capiūtur leones. Item vulpes ⁊ lepores cuz p aliqua foramina introire ſolent i loca clauſa. Sed ꝫ duob⁹ fit modis. Uno modo q laque⁹ ſit annexus ad aliquā perticā plicatā adeo fortē q ferā collo captam in altū eleuet ac ſuſpēdat. Altero modo vppe laqueū ſit fortis cannol⁹ ſtringēs laq̄um fere capte. impediēs etiā ne ipſa laqueum rodere poſſit

¶ Qualiter capiūtur taiolis

Vlpes et lupi p̄cipue capiūt quadā taiola ferrea que circa ſe multos habet rampones acutos. et ipſi habent circa ſe anuluz pe locū vbi annexi voluunt ad quē annectit fruſtū carnis. omniaqz occultata preter carnem in terra firmata iacēt. Cū autē lupus carnē dentib⁹ captā eleuat. anulus eleuat rampones circa caput ⁊ collū lupi. qui cū forti⁹ trahit ⁊ recedere nititur: fortius ſtringit ⁊ tenetur. Item fiunt alie tayole q̄b⁹ in pedib⁹ ſiue cruribus omnes generaliter beſtie fere capi poſſunt. q̄ occultant in tunc ribus quib⁹ vtunt que ſūt talis figure aut

forme q̄ nō nisi oculata fide intelligi possz. Ideoqz qui eas habere vult videat ab his qui eis vtunt̄ sicut ego videre volui

¶ Qualiter capiūtur foueis

